deſpatiõe .quã q hȝ. ⁊ in gnãlib⁹ hui⁹ vite la
borib⁹ .⁊ qḋ pei⁹ ē in fidei certamine cõſtã
tiã pdit. ⁊ Iſidor⁹ dīc ī li° ð ſūmo bono. Per
petrare flagitiū aliqḋ mors aīe ē. ſȝ deſpare
ē deſcēdere ī īfernū .Et p h̄ pȝ rñſio ad oba

Ad quartum ſic pro

cedit . Videt̄ ꝙ deſpatio ex accidia nõ oria
tur . Idē.n.nõ ꝓcedit ex diuerſis cauſis. de
ſpatio aūt futuri ſeculi ꝓcedit ex luxuria: ut
dīc Greg/. 31° moral'. nõ g̃ ꝓcedit ex accidia.
¶ P̄. ſīc ſpei opponit̄ deſpatio : ita gaudio
ſpūali opponit̄ accidia. ſȝ gaudiū ſpūale p
cedit ex ſpe :ſm̄ illud Ro.12°. ſpe gaudētes
g̃ accidia ꝓcedit ex deſpatiõe. ⁊ ñ ecõuerſo.
¶ P̄. Cõtrarioꝝ ꝯrie ſunt cauſe . ſȝ ſpes cui
oppõit̄ deſpatio videt̄ ꝓcedē ex ꝯſideratiõe
diuoꝝ bñficioꝝ . ⁊ maxīe ex ꝯſideratione in
carnationis . Dīc .n. Aug⁹ .13° de tri. Nihil
tã neceſſariū fuit ad erigēdū ſpem nr̄aȝ :q̃
ut demõſtraret̄ nob̄ q̃tū nos de⁹ diligeret
qd vo hui⁹ rei iuſto iuditio maīfeſtius q̃ ꝙ
dei fili⁹ nat̄ e nr̄e dignat⁹ ē inire ꝯſortiuȝ . g̃
deſpatio magl ꝓcedit ex negligētia hui⁹ cõ
ſideratiõis q̃ ex accidia . ¶ Sȝ ꝯ ē ꝙ 31° mo
ral' .Greg⁹ deſpationē enūerat int̄ ea q̄ ꝓce
dūt ex accidia. ¶ R° dicēdū ꝙ ſīc ſ dc̄m ē
obm ſpei ē bonū arduū poſſibile: ul' p ſe ul'
p aliū . Duplicit̄ põt g̃ in aliq̄ ſpes deficē de
btitudīe obtinēda .vno° q̄a nõ reputat eam
ut bonū arduū. alio° q̄a nõ reputat eã ut poſ
ſibilē adipiſci: uel p ſe uel p aliū . Ad h̄ autē
ꝙ bona ſpūalia nõ ſapiūt nob̄ q̃ſi bona : uel
nõ videāt̄ nob̄ q̃ſi magna bona :p̄cipue per
ducimur p h̄ ꝙ affect⁹ nr̄ ē inſtãs amori de
lectationū corpaliū. int̄ q̃s p̄cipue ſūt delec
tatiões veneree. Nã ex affectu haꝝ delecta
tionū cõtigit ꝙ hõ faſtidit bõa ſpūalia ⁊ nõ
ſperat ea q̃ſi q̄dã bona ardua . ⁊ ſm̄ h̄ deſpa
tio cauſat̄ ex luxuria . Ad h̄ aūt ꝙ aliqḋ bo
nū arduū ñ eſtimet ut poſſibile ſibi adipiſci
p ſe ul' p aliū :pducit̄ ex nimia deiectione. q̄
qñ ī affectu hoīs dñat̄ .videt̄ ei ꝙ nūq̃ poſ
ſit ad aliqḋ bonū releuari . ⁊ q̄a accidia ē tri
ſticia q̄dã deiectiua ſpūs . iõ p hūc modū de
ſpatio ex accidia gnāt̄ . h̄ aūt ē ꝓpriū obm
ſpei .ſ. ꝙ ſit poſſibile . nã bonū ⁊ arduū etiã
ad alias paſſiões ptinēt . vñ ſpāli⁹ orit̄ ex ac
cidia. põt tñ oriri ex luxuria rõne iam dicta.
vñ pȝ rñſio ad p̄mū. ¶ Ad ſecūduȝ dõ ꝙ ſīc
phus dīc in 2° rethorice .ſicut ſpes facit de

lectationē: ita etiã hoīes in delectationibus
exñtes efficiūt̄ maior/ ſpei . ⁊ p hūc etiã mo
dū hoīes in triſticÿs exñtes facili⁹ ī deſpati
onē incidūt :ſm̄ illud .2. ad Cor/ .2°. Ne ma
iori triſtic a abſorbeat̄ q eiuſmõi ē. ſed tñ q̄a
ſpei obm ē bonū in qḋ nālit̄ tēdit appetitus
ñ aūt diſcedit ab eo nālit̄: ſȝ ſolū ꝓpt̄ aliqḋ
impedimētū ſupueniēs . iõ directi⁹ qdē ex
ſpe orit̄ gaudiū . deſpatio aūt ecõuerſo ex tri
ſticia. Ad tꝰiū dicēdū ꝙ ipa negligētia cõ
ſiderãdi dīna bñficia ex accidia ꝓuenit : hõ
n. affect⁹ aliq̄ paſſione precipue illa cogitat
q̄ ad illã ptinēt paſſionē. Vñ hõ in triſticÿs
cõſtitut⁹ nõ de facili aliqua magna ⁊ iocūda
cogitat ſȝ ſolū triſticia . niſi p magnū conatū
ſe auertat a triſtibus .

D Einde conſi

derandū ē de p̄ſūptiõe. Et
circa h̄ querūt̄ q̃tuor . p̄mo
qd ſit obm preſūptiõis cui
innitit̄ .2° vtꝝ ſit peccatum
3° cui opponat̄ .4° ex quo vitio oriatur.

Ad primuȝ ſic proce

ditur. Videt̄ ꝙ p̄ſūptio q̄ ē pctm̄ ī ſpm̄ ſcm̄
non initat̄ deo ſed ꝓprie v̄tuti . Quanto.n.
minor ē virt⁹ : tãto magl peccat q ei nimis
inīit̄ . ſȝ mior ē virt⁹ hūana q̃ dīna. g̃ g̃uius
peccat qui preſumit de virtute humana q̃
q p̄ſumit de virtute diuina . ſed peccatum ī
ſpm̄ ſcm̄ ē g̃uiſſimū . g̃ p̄ſūptio q̄ ponit̄ ſpēs
pcti ī ſpm̄ ſcm̄ :iheret virtuti hūane magl q̃
dīne . ¶ P̄. Ex pctõ ī ſpm̄ ſcm̄ alia pctã ori
unt̄ : pctm̄ .n. ī ſpm̄ ſcm̄ dicit̄ malitia ex qua
q̄s peccat . ſȝ magis vidēt̄ alia pctã oriri ex
preſūptiõe q̄ hõ p̄ſumit de ſeipſo: q̃ ex p̄ſūp
tione q̄ homo preſumit de deo q̄a amor ſui
eſt p̄ncipiū peccãdi :ut pȝ p Aug/ . 14° de ci.
dei . g̃ videt̄ ꝙ p̄ſumptio q̄ ē pctm̄ ī ſpm̄ ſcm̄
maxīe initat̄ v̄tuti hūane. ¶ P̄. Pctm̄ ꝓue
nit ex ꝯuerſiõe iordinata ad bonū ꝯmutabi
le . ſȝ p̄ſūptio ē q̄ddã pctm̄ . g̃ magl ꝯtingit ex
cõuerſione ad v̄tutē hūanã q̄ ē bonū cõmu
tabile: q̃ ex cõuerſiõe ad virtutē dīnã que ē
bonū incõmutabile ¶ Sȝ ꝯ eſt . Sicut ex
deſpatiõe aliq̄s contēnit diuinaȝ mīam cui
ſpes initit̄ . ita ex p̄ſumptiõe cõtēnit dīnam
iuſticiã que pctõres punit. ſȝ ſīc mīa ē ī deo:
ita etiã ⁊ iuſticia ē in ipo. g̃ ſicut deſpatio ē p
auerſiõeȝ a deo: ita p̄ſūptio eſt p inordinatã

cõuerſionẽ ad ipſũ. ¶ R° dicẽdũ ꝙ p̄ſũptõ
videt̄ ĩportare quãdã ĩmoderãtiã ſpei. ſpei
aũt obm̄ ē bonũ arduũ poſſibile. Poſſibile
ãt ē aliqd hoĩ dupliciť. Uno° ꝑ ꝓpriã virtu-
tē. Alio° nõ niſi ꝑ virtutē dĩnã. circa vtrãq3
ãt ſpē ꝑ ĩmoderãtiã pōt eē preſũptio. Nam
circa ſpē per quã3 aliquis de ꝓpria virtute
ꝯfidit: attēdiť p̄ſũptio ex h̄ ꝙ aliqs tēdit in
aliquod bonũ ut ſibi poſſibile: ꝙ ſuã facul
tatē excedit: ſm̄ ꝙ dr̄ Judith. 6°. p̄ſumētes d̄
ſe humilias. ⁊ talis preſũptio opponiť v̄tuti
magnimitatꝪ q̄ mediũ tenet ĩ huiuſmōi ſpe.
Circa ſpem ãt q̄ aliquis ĩnĩteret dĩne potētie
pōt ꝑ ĩmoderãtiã eē p̄ſũptio: ĩ hoc ꝙ aliqs
tēdit ĩ aliqđ bonũ ut poſſibile ꝑ virtutem ⁊
miſicordiã dĩnã qđ poſſibile nõ ē: ſicut cu3
aliqs ſperat ſe veniã obtinere ſine penitētia
uł gloriã ſine meritꝪ. h̄ aũt preſũptio ē ꝓprie
ſpēs peccati ĩ ſpm̄ ſcm̄: q̄a. s. ꝑ huiuſmōi pre
ſũptionē tolliť uł ꝯtēniť adiutoriũ ſpũs ſci
ꝑ qđ hō reuocať a peccato. ¶ Ad p̄mũ ḡ di
cēdũ ꝙ ſicut s̄ dictũ ē. pctm̄ qđ ē ꝯ deũ: ſm̄
ſuũ genus ē grauius cetis peccatꝪ. vnde pre
ſũptio q̄ qs ĩordinate ĩnitiť deo: ḡuius pec
catũ ē q̄3 p̄ſũptio q̄ quis ĩnitiť proprie virtu
ti. ꝙ. n. aliquis ĩnitať dĩne virtuti ad ꝯſeq̄n-
dũ id qđ deo nõ ꝯuenit: h̄ ē diminuere dĩnã
virtutē. p3 aũt ꝙ ḡui° peccat q̄ dĩnuit dĩnã
v̄tutē: q̄3 q̄ ꝓpriã virtu tē ſupextollit. ¶ Ad
ſecũdũ dicēdũ ꝙ ipſa preſũptio qua quis ĩn
ordinate preſumit d̄ deo: amorē ſui ĩcludit
q̄ quiſ propriũ bonũ ĩordinate deſiderat. Q̄
enĩ multu3 deſideram° eſtimam° nobis de
facili ꝑ alios poſſe ꝓueniť. etiã ſi n̄ poſſint.
Ad t̄tiũ dicēdũ ꝙ p̄ſũptio de dĩna miſicor
dia h3 cõuerſionē ad bonũ cõmutabile ĩnq̄3
tũ procedit ex deſiderio ĩordinato ꝓprij bo
ni. ⁊ auerſionē a bono ĩcõmutabili ĩq̄3tũ at
tribuit dĩne virtuti qđ ei nõ ꝯuenit. ꝑ h̄. n. a
uertiť homo a virtute diuina.

Ad ſecundu3 ſic pro

cediť. Videť ꝙ p̄ſũptio nõ ſit pctm̄. Nullũ
enĩ pctm̄ ē rõ ꝙ hō exaudiať a deo. ſ3 ꝑ pre
ſũptionē aliq exaudiũť a deo. Dr̄. n. Judith
9°. Exaudi me miſerã depcãtē: ⁊ de tua mĩa
preſumētē. ḡ p̄ſũptio de dĩna mĩa nõ ē pec
catũ. ¶ P̄. preſũptio ĩportat ſupexceſſũ ſpei
ſ3 ĩ ſpe q̄ habetur d̄ deo nõ pōt eē ſupexceſ-
ſus: cũ ei° potētia ⁊ mĩa ſint ĩfinita. ḡ vide
tur ꝙ p̄ſũptio nõ ſit peccatum. ¶ P̄. Jd qđ
ē pctm̄ nõ excuſat a pctõ. ſ3 preſũptio excu
ſat a peccato. Dic̄. n. mgr̄. 22. diſ. ſecũdi libri
ſniaꝝ. ꝙ Adã min° peccauit: q̄a ſub ſpe ve
nie peccauit qđ videť ad p̄ſũptionē ꝑtinere.
ḡ preſũptio nõ ē pctm̄. ¶ S3 ꝯ eſt ꝙ poniť
ſpēs peccati ĩ ſpm̄ ſcm̄. ¶ R° dicēdũ ꝙ ſic
s̄ dictũ ē circa deſpationē: oīs motus appe
titiuus q̄ ꝯformiť ſe h3 ad ĩtellectũ falſũ ſm̄
ſe malus ē ⁊ pctm̄. preſũptio aũt ē mot° ap
petitiu°: q̄a ĩportat quãdã ſpem ĩordinatã.
h3 aũt ſe ꝯformiť intellectui falſo: ſicut ⁊ de
ſperatio. ſicut. n. falſũ eſt ꝙ deus penitētib°
nõ ĩdulgeat: uł ꝙ peccãtes ad penitētiã nõ
ꝯuertat. ita falſũ eſt ꝙ ĩ peccato ꝑſeuerãtib°
veniã ꝯcedat. ⁊ a bono ceſſãtib° ope gloriã
largiať. cui exiſtimationi ꝯformiť ſe h3 p̄ſũp
tionis mot°. ⁊ iõ p̄ſũptio ē peccatũ: min° tñ
q̄3 deſperatio: q̄m̄ magꝪ ꝓpriũ ē deo miſeri
⁊ parcere q̄3 pũire ꝓpter ei° ĩfinitam bonita
tē. Jſtõ. n. ſm̄ ſe deo ꝯuēit. h̄ ãt ſm̄ nr̄a pec
cata. ¶ Ad p̄mũ ḡ dicēdũ ꝙ p̄ſu mere poni
tur aliqñ ꝓ ſperare: q̄a ipſa ſpes recta q̄ hēť
de deo p̄ſũptio videť. ſi mēſureť ſcđm ꝯditi
onē hũanã. nõ ãt ē p̄ſũptio ſi attēdať ĩmēſi
tas dĩne bonitatꝪ. ¶ Ad ſecũdũ dicēdũ ꝙ p̄
ſũptio nõ ĩportat ſupexceſſũ ſpei ex h̄ ꝙ ali
qs min° ſpat de deo. ſ3 ex h̄ ꝙ ſperat de deo
aliqđ qđ deo n̄ ꝯuenit: qđ etiã ē min° ſpera
re d̄ deo: q̄a h̄ ē ei° v̄tutē q̄dãmõ diminuē:
ut dictũ ē. ¶ Ad. t̄tiũ dicēdũ ꝙ peccare cu3
ꝓpoſito ꝑſeuerãdi ĩ peccato ſub ſpe vēie ad
preſũptionē ꝑtinet. ⁊ h̄ n̄ diminuit: ſ3 auget
peccatũ. Peccare aũt ſub ſpe venie q̄nq3 ꝑ
cipiēde cũ ꝓpoſito abſtinēdi a peccato ⁊ pe
nitēdi d̄ peccato: h̄ nõ ē p̄ſũptiõis. ſ3 h̄ pec-
catũ diminuit: quia per h̄ videť hr̄e volun
tatē min° firmatã ad peccãdũ.

Ad tertiu3 ſic proce-

diť. Videť ꝙ p̄ſũptio magis opponať timo
ri q̄3 ſpei. Jnordinatio enĩ timorꝪ oppoitur
recte timori. ſ3 p̄ſũptõ videť ad ĩordinatõe3
timorꝪ ꝑtinē. Dr̄. n. Sapie. 17°. Sēper p̄ſuit
ſeua ꝑturbata ꝯſcia. ⁊ ibidē. ꝙ timor ē p̄ſũp
tionis adiutoriũ. ḡ p̄ſũptio opponiť timori
magis q̄3 ſpei. ¶ P̄. Cõtraria ſunt que ma-
xime diſtãt. ſ3 p̄ſũptõ magis diſtat a timore
q̄3 a ſpe: q̄a p̄ſũptio ĩportat motũ ad rem: ſic
et ſpes. timor aũt motũ a re. ḡ p̄ſũptio ma-
gis ꝯriať timori q̄3 ſpei. ¶ P̄. Preſũptio to-
taliť excludit timore3. non autem totaliter

excludit ſpem :ſʒ ſolū certitudinē ſpei. ¶ Cū ģ
oppoſita ſint q̄ ſe intimūt : videt̄ ꝙ p̄ſūptio
magis opponat̄ timori q̄ʒ ſpei. ¶ Sʒ ꝯ̄ ē ꝙ
duo inuicē oppoſita vitia ꝯ̄riātur vni v̄tuti.
ſicut timiditas ⁊ audacia fortitudini. ſʒ pec-
catū p̄ſūtiōis ꝯ̄riat̄ pctō d̄ſpatiōis :qꝺ̄ direc
te oppōit̄ ſpei. ģ videt̄ ꝙ etiā p̄ſūptio direc
tiꝰ ſpei opponat̄. ¶ Rꝰ dicēdū ꝙ ſic Augꝰ
dic̄ i. 4º ꝯ̄ Julianū :oībꝰ v̄tutibꝰ nō ſolū ſūt
vitia maīfeſta diſcretiōe ꝯ̄ria : ſic prudentie
temeritaſ :vel ⁊ vitia quodāmō nō v̄itate ſʒ
q̄dā ſpecie fallēte ſilia: ſic prudētie aſtutia.
Et ħ etiā p̄hus dic̄ in 3º ethicoꝝ. ꝙ virtꝰ ma
iorē ꝯueniētiā videt̄ habē cū vno oppoſito-
rum vitioꝝ q̄ʒ cuʒ alio :ſic tpantia cū inſenſi
bilitate. ⁊ fortitudo cū audacia. Preſūptio
ģ maīfeſtā opinionē videt̄ h̄re ad timorem
p̄cipue ſuile : q̄ reſpicit penā ex dei iuſticia
ꝓueniētem :cuiꝰ p̄ſūptio remiſſionē ſperat.
ſʒ ſm falſā ſilitudinē magꝭ ꝯ̄riat̄ ſpei :qa im
portat quādā inordinatā ſpem de deo. ⁊ qa
directiꝰ aliq̄ opponūt̄ q̄ ſūt vniꝰ generꝭ : q̄ʒ
q̄ ſunt generꝝ diuerſoꝝ :nam ꝯ̄ria ſūt in eodē
genere iō directiꝰ p̄ſūptio opponit̄ ſpei q̄ʒ ti
mori. vtrūq̄ʒ .n. reſpicit idē obm̄ cui inītit̄.
ſʒ ſpes ordinate :p̄ſūptio īordinate. ¶ Ad p̄
ģ dicēdū ꝙ ſicut ſpes abuſiue d̄r̄ de malo :
proprie āt de bono. ita etiā p̄ſumptio. ⁊ ſm
hūc modū inordinatio timorꝭ p̄ſumptio d̄r̄
¶ Ad ſecūdū dicēdū ꝙ ꝯtraria ſūt q̄ maxīe
diſtāt in eodē genē. Preſūptio aūt ⁊ ſpes ī
portāt motū eiuſdē generꝭ :q pōt eē ul̄ ordi
natus uel inordinatꝰ. ⁊ iō p̄ſumptio directiꝰ
ꝯ̄riat̄ ſpei q̄ʒ timori. nā ſpei ꝯ̄riat̄ rōne ꝓp̄e
differētie :ſicut īordinatū ordinato. timori
aūt ꝯ̄riat̄ rōne ꝯ̄rīe ſui generꝭ .ſ. motꝰ ſpei.
¶ Ad tertium dicēdū ꝙ p̄ſumptio ꝯtraria
tur timori ꝯ̄rietate generꝭ. v̄tuti āt ſpei ꝯ̄rie
tate ꝯ̄rīe. ideo p̄ſūptio totalr̄ excludit timo
rem. ⁊ ſm genꝰ. ſpem aūt non excludit niſi
rōne differētie excludēdo eius ordinatiōeʒ

Ad quartum ſic pro

cedit̄. Videt̄ ꝙ p̄ſūptio nō cauſet̄ ex inani
gloria. Preſūptio .n. maxīe videt̄ initi dīne
mīe. mīa aūt reſpicit miſeriā q̄ opponit̄ glo
rie. ģ p̄ſūptio nō oritur ex īani gloria. ¶ P̄.
Preſūptio opponit̄ deſpationi. ſʒ deſpatio
orit̄ ex triſticia ut dcm̄ ē. cū ģ oppoſitoꝝ op
poſite ſint cāe :videt̄ ꝙ oriat̄ ex delectatio
ne. ⁊ ita videt̄ ꝙ oriat̄ ex vitijſ carnalibꝰ: q̄ʒ
delectatiōes ſūt vehemētiores. ¶ P̄. Vitiū
p̄ſumptiōis ꝯ̄ſiſtit i ħ ꝙ aliqs tēdit ī aliqꝺ̄
bonū qꝺ̄ nō ē poſſibile q̄ſi poſſibile. ſed ꝙ
aliqs eſtimet poſſibile qꝺ̄ ē īpoſſibile :ꝓueīt
ex ignorantia. ģ p̄ſumptio magis prouenit
ex īgrantia q̄ʒ ex īani gloria. ¶ Sʒ ꝯ̄ ē qꝺ̄
Gregꝰ dic̄ 31º moral̄. ꝙ p̄ſūptio nouitatū ē
filia īanis gl̄ie. ¶ Rꝰ dicēdū ꝙ ſic ſ̄ dcm̄ ē
duplex ē p̄ſūptio. Una qdē q̄ inītit̄ ꝓp̄e v̄tu
ti attēptās .ſ. aliqd ut ſibi poſſibile :qꝺ̄ ꝓpā
virtutem excedit. et talis preſumptio maī-
feſte ex inani gloria procedit. Ex hoc eniʒ
ꝙ aliqs multū deſiderat gloriaʒ :ſequitur ꝙ
attēdet ad gl̄iaʒ quādā ſup vires ſuas. ⁊ hu
iuſmōi p̄cipue ſunt noua q̄ maiorē admira
tionē habēt. Et iō ſignāt̄ Gregꝰ p̄ſūptioneʒ
nouitatū poſuit filiaʒ inanis glorie. ¶ Alia
v̄o ē p̄ſūptio q̄ inītit̄ inordinate dīne mīe ul̄
potētie p quā ſpat ſe obtinē gloriā ſine me-
ritis uel veniā ſine pnīa. ⁊ talis p̄ſūptio vide
tur oriri directe ex ſupbia : ac ſi ip̄e tanti ſe
eſtimet :qa etiā eū peccātē deꝰ non puniat
uel a gl̄ia excludat. Et p ħ pʒ rn̄ſio ad oba.

Deinde conſi

derādū ē d̄ p̄ceptꝭ ꝑtinētibꝰ
ad ſpem et timorem. Et cir
ca hoc q̄runtur duo. primo
d̄ p̄ceptꝭ ꝑtinētibꝰ ad ſpem
2º de p̄ceptꝭ ꝑtinentibus ad timorem.

Ad primuʒ ſic proce

dit̄. Videt̄ ꝙ nullū p̄ceptū ſit dādū ꝑtinenſ
ad virtutē ſpei. Qꝺ̄ eni ſufficiēt̄ pōt fieri p
vnū : nō oportet ꝙ p aliqd aliud īducat̄. ſʒ
ad ſpādū bonū :ſufficiēt̄ hō īducitur ex ipſa
nāli inclinatiōe. ģ nō oportet ꝙ ad ħ īduca
tur hō p legis p̄ceptū. ¶ P̄. Cū p̄cepta dent̄
de actibꝰ v̄tutū :p̄ncipalia p̄cepta etiā d̄bēt
dari de actibus p̄ncipaliū v̄tutū. ſʒ int̄ oēs
v̄tutes p̄ncipaliores ſūt tres virtutes theolo
gice .ſ. ſpes fides ⁊ caritas. cū ģ p̄ncipalia
legis p̄cepta ſint p̄cepta decalogi :ad que oīa
alia reducunt̄ ut ſ̄ h̄itū ē. videtur ꝙ ſi d̄ ſpe
daretur aliqꝺ̄ p̄ceptū ꝙ deberet int̄ p̄cepta
decalogi cōtineri :nō āt ibi ꝯtinetur. ģ vr̄ ꝙ
nulluʒ precep tū in lege debeat dari de actu
ſpei. ¶ P̄. Eiuſdē rōnis ē precipe actū v̄tutꝭ
⁊ prohibē actū vitij oppoſiti. ſʒ nō īuenitur
aliqꝺ̄ preceptū datum p qꝺ̄ ꝓhibeatur deſp
atio q̄ ē oppoſita ſpei. ģ videtur ꝙ nec d̄ ſpe

ↄ̃ciat aliqđ p̄ceptũ dari. Sꝫ ↄ̃ ē qđ Aug⁹
dicit ſup illud Joh. hoc ē preceptũ meũ ut
diligatis īuicē. De fide nobis ꝙ̄ multa mā
data ſūt: ꝙ̄ multa de ſpe. ḡ de ſpe ↄuenit ali
qua p̄cepta dari. R̄⁰ dicendũ ꝙ p̄ceptorũ
q̄ in ſacra ſcript̄a īueniũt̄: quedā ſūt de ſub
ſtantia legis. queedā v̄o ſūt preābula ad legē
Preābula q̄dē ſūt ad legē illa quibus non
exn̄tib⁹ lex locũ h̄re nō pōt. huiuſmōi autẽ
ſūt p̄cepta de actu fidei. ⁊ de actu ſpei: qa ꝑ
actũ fidei menſ hoīſ īclinat̄: ut recogſcat ac
torē legis talē cui ſe ſubdere debeat. ꝑ ſpẽ
v̄o premij hō īducit̄ ad obſeruantiā p̄cepto
rũ ſ. Precepta v̄o de ſub̄a legl ſūt q̄ hoī iā
ſubiecto ⁊ ad obediendũ parato īponũt̄ ꝑti
nētia ad rectitudinē vite. ⁊ ideo huiuſmodi
precepta ſtatī in ipſa legiſlatiōe. ꝓponũt̄ ꝑ
modũ p̄ceptorũ. Spei v̄o ⁊ fidei precepta n̄
erāt ꝓponēda ꝑ modũ p̄ceptorũ: qa niſi hō
iā crederet ⁊ ſparet: fruſtra ei lex ꝓponeret̄
ſꝫ ſicut p̄ceptũ fidei ꝓponendũ fuit ꝑ modũ
denũciatiōis ⁊ cōmemoratiōis: ut ſ̄ dictũ ē
ita etiā p̄ceptũ ſpei in p̄ma legiſlatione ꝓpo
nēdũ fuit ꝑ modũ ꝓmiſſiōis: q .n. obedien
tibus p̄mia ꝓmittit: ex h̄ ipſo īcitat in ſpem
vnde oīa ꝓmiſſa q̄ ī lege ↄtinēt̄ ſunt ſpei ex
citatiua. ſꝫ qa lege iā poſita ꝑtinet ad ſapien
tes viros: ut nō ſolũ inducāt hoīes ad obſer
uantiā p̄ceptoꝝ: ſꝫ etiā multo magis ad con
ſeruandũ legiſ fundamentũ. ideo p⁹ p̄mā le
giſlationē in ſacra ſcriptura multiplicit̄ īdu
cunt̄ hoīes ad ſꝑandũ: etiā ꝑ modũ āmoni
tionis uł p̄cepti. ⁊ nō ſolũ ꝑ modũ ꝓmiſſio
nis ſicut ī lege: ſic̄ pꝫ ī p̄s. Sperate ī eo oēs
cōgregatiōes ppłi. ⁊ in multis alijs ſcriptur̄
locis. ¶ Ad p̄mũ ḡ dicēdũ. ꝙ natura ſuffici
ent̄ īclinat ad ſperandũ bonũ nature hũane
ꝓportiōatũ: ſꝫ ad ſꝑādũ ſupnāle bonũ opor
tuit hoīeꝫ īduci auctoritate legis dīne: par
tim q̄dē ꝓmiſſis ꝑtim āt admonitionib⁹ uł
precepti. ⁊ tñ ad ea etiā ad q̄ nālis ratio īcli
nat ſicut ſūt act⁹ v̄tutũ moraliũ neceſſariuꝫ
fuit p̄cepta legis diuine dari ꝓpt̄ maiorē fir
mitatē. ⁊ p̄cipue: qa nālis rō hoīſ obtenebra
ta erat ꝑ cōcupiſcētias peccati. ¶ Ad ſecũ
dũ dicēdũ ꝙ p̄cepta legis decalogi ꝑtinent
ad p̄mam legiſlationeꝫ. ⁊ iō inter precepta
decalogi nō fuit dandũ p̄ceptũ aliqđ de ſpe
ſꝫ ſufficit ꝑ aliq̄s ꝓmiſſiones poſitas īducē
ad ſpē: ut pꝫ ī p̄ ⁊ 4⁰ p̄cepto. ¶ Ad tertium
dicēdũ ꝙ in illis ad q̄ꝝ obſeruātiā hō tenet̄

ex rōne debiti: ſufficit p̄ceptũ affirmatiuuꝫ
dari de eo qđ faciendũ ē: in q̄bus prohibiti
ones eoꝝ que ſūt vitāda ītelligũt̄: ſicut dat̄
preceptũ de honoratiōe parētũ: non āt ꝓhi
betur ꝙ parentes dehonorēt̄ niſi ꝑ h̄ ꝙ de
honorātib⁹ pena adhibet̄ ī lege. ⁊ qa ōbitũ
ē ad hũanā ſalutē ut ſperet hō ō deo fuit ad
h̄ hō inducēduſ aliq̄ p̄dictoꝝ modoꝝ quaſi
affirmatiue: in q̄ ītelligēt̄ ꝓhibitio oppoſiti.

Ad ſecunduꝫ ſic pro

cedit̄. Videt̄ ꝙ de timore nō fuerit dandũ
aliqđ p̄ceptũ ī lege. Timor .n. dei ē ō hiis q̄
ſūt p̄ambula ad legē: cũ ſit initiũ ſapie. ſꝫ ea
que ſūt preābula ad legē nō cadũt ſub pre
ceptis legis. ḡ de timore nō ē danduꝫ aliqđ
preceptũ legis. ¶ P̄. poſita cauſa ponit̄ effe
ct⁹. ſed amor ē cauſa timorꝭ. oīs .n. timor ex
aliq̄ amore ꝓcedit: ut dic̄ Aug⁹ ī li⁰ 83. q. ḡ
poſito precepto de amore: ſupfluũ fuiſſet ꝑ
cipe timorē. ¶ P̄. Timori aliq̄ mō opponit̄
preſũptio. ſꝫ nulla ꝓhibitio inuenit̄ in lege
de p̄ſũptiōe data. ḡ videt̄ ꝙ nec ō timore ali
qđ preceptũ dari debuerit. Sꝫ ↄ̃ ē qđ dicit̄
Deut⁰ x⁰. Et nũc iſrł q̄d dn̄s deus tuus petit
a te niſi ut timeaſ dn̄m deũ tuũ. ſed illđ a no
bis req̄rit qđ nobis p̄cepit obſeruādũ. ḡ ſub
p̄cepto cadit ꝙ aliq̄s timeat deũ. ¶ R̄⁰ di
cendũ ꝙ duplex ē timor. ſ. ſeruilis ⁊ filialis
Sicut āt aliq̄s īducit̄ ab obſeruātiā p̄cepto
rũ legis ꝑ ſpem p̄mioꝝ: ita etiā īducit̄ ad le
gis obſeruantiam ꝑ timorē pēarũ q ē timor
ſeruił. Et ſicut pꝫ ſm̄ p̄dicta: in ipſa legiſla
tione nō fuit p̄ceptũ dandũ de actu ſpei: ſꝫ
ad h̄ fuerũt hoīes īducēdi ꝑ ꝓmiſſa: ita nec
de timore q reſpicit penā fuit p̄ceptũ dādũ
ꝑ p̄cepti modũ: ſꝫ ad h̄ fuerũt hoīes inducē
di ꝑ cōminationē penarũ: qđ fuit factũ ⁊ in
ipſis p̄ceptiſ decalogi. ⁊ poſtmodũ ↄſequēt̄
ī ſcđarijs legl p̄ceptl. Sed ſicut ſapiētes ⁊ ꝓ
phete ↄn̄t ītēdētes hoīes ſtabilire ī obſeruā
tia legis: documēta tradiderũt de ſpe per
modũ āmonitionis uel p̄cepti: ita etiā ⁊ de
timore. ſꝫ timor filiał q reuerētiā exhibꝫ deo
ē quaſi q̄ddā gen⁹ ad dilectioneꝫ dei ⁊ p̄nci
piũ q̄ddā oīum eorũ q̄ in dei obſeruāt̄ reue
rentia. ⁊ ideo de timore filiali dant̄ p̄cepta ī
lege: ſicut ⁊ de dilectiōe: q̄a vtrūqꝫ ē pream
bulũ ad exteriores act⁹ q p̄cipint̄ in lege: ad
q̄s ꝑtinēt p̄cepta decalogi. ⁊ ideo ī auctori
tate legis inducta req̄rit̄ ab hoīe timor. ⁊ ut

ambulet in via dei colēdo ipſuʒ. ⁊ ut diligat
ipſū. ¶ Ad ꝑmū ꝗ dicēdū ꝙ timoꝛ filialis eſt
ꝗddā pꝛeābulū ad legē: non ſicut extrinſecuʒ
aliquid ſed ſicut ꝑncipiū legis: ſicut etiaʒ di
lectio ⁊ ideo de vtroqʒ danť ꝑcepta que ſunt
quaſi quedā ꝑncipia coīa toti⁹ legis. ¶ Ad
ſecūdū dicēdū ꝙ ex amoꝛe ſeqtur timoꝛ fi/
lialis: ſicut etiaʒ ⁊ alia bona opa que ex cari
tate fiunt. ⁊ ideo ſicut p⁹ ꝑceptū caritatꝭ danť
ꝑcepta de alijs actib⁹ ꝟtutuʒ: ita etiam ſimul
danť ꝑcepta de timoꝛe ⁊ amoꝛe caritatis: ſic̄
etiā ī ſciētijs demōſtratiuiſ nō ſufficit ponē
pꝛincipia pꝛima: niſi etiā ponāť cōcluſiones
que ex his ſequūť uel ꝓxīe uľ remote. ¶ Ad
t̄tiū dicēdū ꝙ īductio ad timoꝛeʒ ſufficit ad
excludendū pꝛeſūptionē: ſicut etiā inductio
ad ſpem ſuffic̄ ad excludendum deſꝑatione
ut dictū eſt.

Conſequēter

conſiderādū ē ꝺ caritate. Et ꝑ
de ipſa caritate. 2° ꝺ dono
ſapīe ei coꝛrñdēte. Circa pꝛi
mū ꝯſiderāda ſūt qnqʒ. ꝑ ꝺ
ipſa caritate. 2° de obo caritatꝭ. 3° ꝺ actib⁹
ei⁹. 4° de vitijs oppoſitꝭ. 5° de ꝑceptꝭ ad h̄
ꝑtinētibus. Circa ꝑmū ē duplex ꝯſideratio
¶ Pꝛima qdem de ipſa caritate ſm ſe. Se
cūda de caritate ꝑ ꝯpatiōeʒ ad ſubm. Circa
ꝑmum querūť octo. ꝑ vtꝝ caritas ſit amici
tia. 2° vtꝝ ſit aliqꝺ creatū ī aīa. 3° vtꝝ ſit ꝟt⁹
4° vtrum ſit virtus ſpecialis. 5° vtrum ſit
vna virtus. 6° vtrum ſit maxīa virtutū. 7°
vtrū ſine ea poſſit eē aliq̄ vera ꝟtus. 8° vtruʒ
ſit foꝛma virtutum.

Ad pꝛimuʒ ſic pꝛoce

ditur. Videť ꝙ caritaſ nō ſit amicitia. Nihil
n. ē ita ꝓpꝛiū amicitie ſicut cōuiuere amico
ut dic̄ phus in 7° ethicoꝝ. ſʒ caritas eſt hoīs
ad deū ⁊ ad angelos: q̄ꝝ nō ē cū hoīb⁹ cōuer
ſatio: ut dr̄ Daniel. 2°. ꝗ caritas non eſt amici
tia. ¶ P̄. Amicitia nō ē ſine reamatiōe: ut dr̄
in 8° ethicoꝝ. ſʒ caritaſ habeť etiā ad īimicoſ
ſm illud Math. 5°. Diligite īimicos vr̄os. ꝗ
caritas nō ē amicitia. ¶ P̄. Amicitie tres ſūt
ſpēs ſm phm̄ in 8° ethicoꝝ. ſ. amicitia delec
tabiľ vtilis ⁊ honeſti. ſʒ caritas nō ē amicitia
vtilis aut delectabilis. Dic. n. Jero⁹ ī epl̄a
ad Paulinū que ponıť ī ꝑncipio biblie. Jlla
eſt vera neceſſitudo ⁊ xp̄i glutino copulata

quā nō vtilitas rei familiaris: nō pn̄tia tm̄
coꝛpoꝝ nō ſubdola ⁊ palpāſ adulatio: ſʒ dei
timoꝛ ⁊ diuinaꝝ ſcripturaꝝ ſtudia cōciliant
ſiliť etiā nō ē amicitia honeſti: qa caritate
diligim⁹ etiā pctōres amicitia vero honeſti
nō ē niſi ad ꝟtuoſos: ut dr̄ in 8° ethicoꝝ. ꝗ
caritas nō ē amicitia. ¶ Sʒ ꝯ ē qꝺ Joh. 15°
dicíť. Jaʒ nō dicā vos ſuos: ſʒ amicos me
os. ſʒ h̄ nō dicebať eis niſi rōne caritatis. ꝗ
caritas ē amicitia. ¶ R̄° dō ꝙ ſm phm̄ in
8° ethicoꝝ. nō q̄libet amoꝛ hʒ rōnē amicitie
ſʒ amoꝛ q ē cū beniuolētia qñ. ſ. ſic amam⁹
aliquē: ut ei bonū velim⁹. ſi aūt reb⁹ amatꝭ ñ
bonū velimus: ſʒ ipm̄ eoꝝ bonū nob̄ velim⁹
ſicut dicimur amare vinū aut equū: aut ali
q̄d huiuſmōi: nō ē amoꝛ amicitie ſʒ cuiuſdā
ꝯcupiſcētie. Ridiculū. n. ē dicē ꝙ aliqs ha
beat amicitiā ad vinū uel ad equū. Sʒ nec
beniuolētia ſufficit ad rōeʒ amicitie: ſʒ rq̄riť
quedā mutua amatio: qa amicus eſt amico
amic⁹. Talis aūt mutua beniuolētia fūdať
ſuꝑ aliquā coīcatiōeʒ. Cū ꝗ ſit aliqua coīca
tio hoīs ad deū ſm ꝙ nob̄ ſuā btitudinē ꝯi
cat: ſuꝑ hāc coīcationē opoꝛʒ aliquā amici
tiā fūdari. De qua qdem coīcatiōe dr̄. 1. ad
Coꝛī. ꝑ. Fidelis de⁹ ꝑ quē vocati eſtis ī ſocie
tatē filij ei⁹. Amoꝛ aūt ſuꝑ hāc coīcationem
fūdat⁹: ē caritas. Vñ maīfeſtū ē ꝙ caritas
amicitia q̄dā ē hoīs ad deū. ¶ Ad ꝑmum
ꝗ dō ꝙ duplex ē hoīs vita. Vna q̄dē exteri
oꝛ ſm nām̄ ſenſibilē ⁊ coꝛpalē. ⁊ ſm hāc vi
tam nō ē nob̄ coīcatio uľ cōuerſatio cū deo
⁊ angelis. Alia aūt eſt vita hoīs ſpūalis ſm
mētē. ⁊ ſm hāc vitā ē nobis cōuerſatio et
cū deo ⁊ angelis: in ꝑſenti q̄dē ſtatu iꝑfecte
Vñ dr̄ Phil. 3°. Noſtra ꝯuerſatio ī celꝭ ē. ſʒ
iſta cōuerſatio ꝑficiť in patria: qñ ſerui eius
ſeruiēt deo. ⁊ videbūť faciē ei⁹: ut dr̄ Apoc
vltꝭ. ⁊ iō hic ē caritas iꝑfecta: ſʒ ꝑficietur ī
patria. ¶ Ad ſecūdū dicēdū ꝙ amicitia ſe
extendit ad aliquē dupliciť. Vno° reſpectu
ſui ipius. ⁊ ſic amicitia nūq̄ʒ ē niſi ad amicuʒ
Alio° ſe extēdit ad aliquē reſpectu alteri⁹
ꝑſone. ſicut ſi aliqs hʒ amicitiā ad aliquē ho
minē rōne cui⁹ diligit oēs ad illū hoīeʒ ꝑti
nētes: ſiue filios ſiue ſeruos: ſiue q̄liťcūq̄ʒ
ei attinētes. ⁊ tāta pōt eē dilectio amici ꝙ
ꝓpť amicū ameť hi q ad ipm̄ ꝑtinēt: etiā ſi
nos offēdāt uľ odiāt. ⁊ h̄ mō amicitia cari
tatis ſe extēdit etiā ad īimicos q̄s diligimuſ
ex caritate ī oꝛdine ad deū ad quē ꝑncipaliť

habeť amicitia caritatis. ¶ Ad ťtiū dicen
dū ꝙ amicitia honeſti nō habeť niſi ad vir
tuoſū ſicut ad ꝑncipalē pſonā: ſʒ ei⁹ intuitu
diliguīť ad eū attinētes ⁊ ſi nō ſint virtuoſi.
Et h̄ mō caritas q̄ maxie ē amicitia honeſti
ſe extēdit ad pctōꝛes quos ex caritate diligi
mus pꝛopter deū.

Ad ſecunduʒ ſic pꝛo

cediť. Videť ꝙ caritas nō ſit aliqd creatū i
aīa: Dic.n. Aug⁹ i 8° ō trini. Qui pꝛimū di
ligit ꝯñs eſt ut ipſā dilectioneʒ diligat. deuſ
aūt dilectio ē. cōſequens ē ğ ut pcipue deuʒ
diligat. Et. 15° de trini. dic Ita dictū ē: deuſ
caritas ē: ſic dictū ē: de⁹ ſpirit⁹ ē. ğ caritas ñ
ē aliqd creatū in aīa. ſʒ ē ipſe deus ¶ P̄. De
us ē ſpūalit vita aīe: ſicut aīa vita cōpoꝛl. ſm
illō. Deut°. 30. Ipſe ē vita tua. ſʒ aīa viuificat
coꝛp⁹ per ſe ipſā. ğ de⁹ viuificat aīaʒ p ſeipſuʒ
viuificat aūt eā p caritatē: ſm illud. i. Ioh̄.
3°. Nos ſcim⁹ qm̄ trāſlati ſum⁹ de moꝛte ad
vitā: qm̄ diligim⁹ fratres. ğ deus ē ipſa cari
tas. ¶ P̄. Nihil creatū ē īfinite v̄tutis. ſʒ ma
gl oīs creatura ē vanitas. caritas āt nō ē va
nitas ſed magis vanitati repugnat et eſt
infinite v̄tutl: q̄a aīam hoīs ad bonū īfinitū
pducit. ğ caritas nō ē aliqd creatū in aīa.
Sʒ ꝯ̄ ē qō Aug⁹ dic i 3° de doctrina xp̄iana.
Caritatē voco motū animi ad fruēdū deo p
ipſū. ſʒ mot⁹ animi ē aliqd creatū i anima. ğ
⁊ caritas ē aliqd creatum in anima. ¶ R̄°
dicēdū ꝙ magr̄ pſcrutať hanc q̄ſtionē i. 8.
diſ. primi libri ſniaꝝ. ⁊ ponit ꝙ caritas non
ē aliqd creatū i aīa: ſʒ ē ipſe ſpūſ ſanct⁹ mētē
inhabitās. nec ē ſua intētio ꝙ iſte motus di
lectionis quo deum diligimus ſit ipſe ſpūs
ſanct⁹: ſʒ ꝙ iſte motus dilectionis eſt a ſpū
ſcō: ñ mediāte aliq̄ habitu: ſic a ſpū ſcō ſūt
aly act⁹ virtuoſi mediantib⁹ h̄itibus aliarū
v̄tutū: puta fidei aut ſpei: aut alicui⁹ alteri⁹
v̄tutis. ⁊ h̄ dicebat ꝓpť excellētiā caritatis
Sʒ ſi q̄s recte ꝯſideret: h̄ magis redūdat in
caritatis ᵭtrimentū. nō .n. mot⁹ caritatl ita
ꝓcedit a ſpū ſcō mouēte hūanā mentem ꝙ
hūana mens ſit mota tm̄ ⁊ nullo mō ſit ꝑnci
piū huius motus: ſicut cū aliqō coꝛp⁹ moue
tur ab aliq̄ exterioꝛi mouēte. hoc.n. ē ꝯ̄ rōnē
volūtary cui⁹ opoꝛtet ꝑncipiū i ipſo eſſe: ſic
ſ̄ dictū ē. Vñ ſequereť ꝙ diligere non eſſet
voluntariū qō iplicat ꝯ̄dictionē: cū amoꝛ de
ſui rōe ipoꝛtʒ ꝙ ſit act⁹ volūtatl. Similiť etiā
nō pōt dici ꝙ ſic moueat ſpūs ſcūs volūtatē
ad actū diligēdi ſicut moueť inſtrumentū:
qō ⁊ ſi ſit ꝑncipiū act⁹: nō tm̄ ē in ipo agere
uel non agē: ſic.n. tollereť ratio volūtary
⁊ excludereť ratio meriti: cū tm̄ ſupꝛa h̄ituʒ
eſt ꝙ dilectio caritatis ē radix merēdi. ſed
opoꝛtʒ ꝙ ſic volūtaſ moueať a ſpū ſcō ad di
ligēdū ꝙ etiā ipā ſit efficiēs hūc actū. Nul
lus aūt act⁹ pfecte ꝓduciť ab aliq̄ potentia
actiua: niſi ſit ei ꝯnālis p aliq̄ꝫ foꝛmaʒ que
ſit ꝑncipiū actiōis. Vñ de⁹ q oīa mouet ad
debitos fines: ſingulis reb⁹ indidit foꝛmaſ
p q̄s inclinātur ad fines ſibi ꝑſtitutoſ a deo.
⁊ ſm h̄ diſponit omnia ſuauiť: ut dr̄ Sapie
8°. Maīfeſtū ē āt ꝙ act⁹ caritatl excedit nāʒ
potētie volūtatl. niſi ğ aliq̄ foꝛma ſupaddere
tur nāli potētie p quā iclinareť ad dilectio
nis actū: ſm h̄ eēt actus iſte ipfectioꝛ actib⁹
nālibus ⁊ actibus aliaꝝ v̄tutum: nec eēt fa
cilis ⁊ delectabilis. qō pʒ eſſe falſū: q̄a nlla
virtus hʒ tātā iclinationē ad ſuū actū ſic ca
ritas nec aliq̄ ita delectabiliť opatur. Unde
maxime neceſſe ē ꝙ ad actū caritatl i nob̄
exiſtat aliqua h̄itualis foꝛma ſupaddita po
tētie nāli inclinās ipſaʒ ad caritatis actū et
faciēs eā pꝛōpe ⁊ delectabiliť opari. ¶ Ad
pꝛimū ğ dicēdum ꝙ ipā eēntia diuina: cari
tas ē: ſicut. ⁊ ſapīa ē ⁊ ſicut bonitas ē. Vñ
ſicut dicimur boni bonitate q̄ eſt de⁹. ⁊ ſapi
entes ſapīa q̄ ē de⁹: quia bonitas q̄ foꝛmali
ter boni ſum⁹ ē pticipatio quedā dīne boni
tatl. ⁊ ſapiētia q̄ foꝛaliť ſapiētes ſum⁹ ē pti
cipatō q̄dā dīne ſapie: ita etiā caritaſ q̄ foꝛa
liter diligim⁹ pꝛimū ē quedā pticipatio di
uine caritatl. Hic.n. mod⁹ loquēdi ꝯſuetuſ
eſt apud Platonicos q̄rū doctrinis imbut⁹
fuit Aug⁹. qō q̄dā nō aduertētes: ex verbis
eius ſūpſerūt occaſionē errādi. ¶ Ad ſecū
dū dicēdū ꝙ de⁹ ē vita effectiue. ⁊ aīe p ca
ritatē. ⁊ coꝛpis p aīaʒ. ſʒ foꝛaliť caritas eſt vi
ta aīe: ſicut ⁊ aīa coꝛpis. vñ p h̄ pōt ꝯcludi
ꝙ ſicut aīa inmediate vniť coꝛpi: ita caritaſ
aīe. ¶ Ad ťtiū dicēdū ꝙ caritas opať foꝛa
liter. efficacia aūt foꝛme eſt ſm v̄tutē agen
tis q inducit foꝛmā. ⁊ iō pʒ ꝙ caritas nō ē
infinita: ſed facit effectū infinitū dū ꝯiūgit
aīam deo iuſtificādo ipaʒ hoc demonſtrat
infinitatē v̄tutis dīne q̄ ē caritatis actoꝛ.

Ad tertiuʒ ſic pꝛoce

ditur. Videť ꝙ caritas non ſit virt⁹. Caritaſ

eni amicitia ē q̄dā .ſʒ amicitia a pħis nō po
nit̄ virtus :ut ī li° ethicoꝝ pʒ.neqꝫ .n. cōnu
merat̄ int̄ v̄tutes morales : neqꝫ etiaʒ inter
intellectuales .ḡ etiā neqꝫ caritas ē virtus
¶ P̄.Uirtus ē vltimū potētie:vt dr̄ in li° d̄
celo ⁊ mūdo .ſʒ caritas nō ē vltimū: ſʒ ma
gis gaudiū ⁊ pax .ḡ videt̄ ꝙ caritas non ſit
virtus:ſʒ magis gaudium ⁊ pax .¶ P̄. Ōis
virt° ē quidā h̄itus accidētalis . ſed caritas
non ē habitus accidētalis : cum ſit nobilioꝛ
ipa aīa .nullū aūt accidēs ē nobili° ſubō. ḡ
caritas nō ē virtus .¶ Sʒ ꝯ̄ ē qḋ Aug° dic
in li° de moꝛib° eccle.Caritas ē virtus q̄ cū
nr̄a affectio ē rectiſſima : ꝯiūgit nos deo q̄
eum diligim° .¶ R° dicēdū ꝙ hūani actus
bonitatē hn̄t ſm ꝙ regulāt̄ debita r̄gula ⁊
mēſura.⁊ iō hūana v̄tus q̄ ē p̄ncipiū omniū
bonoꝝ actuū hoīs cōſiſtit in attigēdo regu
lā hūanoꝝ actuū :q̄ q̄dē ē duplex : ut s̄ dcm̄
eſt .ſ. hūana ratio .⁊ ipe deus .vnde ſic v̄tus
moꝛalis diffinit̄ p h̄ qḋ ē ſm rectā rationē
ut pʒ in 2° ethicoꝝ .ita etiā attigere deuʒ cō
ſtituit rōnem virtutis :ſicut etiā s̄ dictū eſt
de fide ⁊ ſpe .vn̄ cū caritas attigit deū:quia
ꝯiūgit nos deo :ut pʒ p auctoritatē Aug. in
ductā :ꝯn̄s ē caritateʒ eſſe virtutem .¶ Ad
primū ḡ dicēdū ꝙ pħs ī 8° ethicoꝝ.n̄ negat
amicitiā eē v̄tutē : ſʒ dic ꝙ ē virtus uel cuʒ
virtute. Poſſet.n.dici ꝙ ē virt° moꝛalis cir
ca opatiōes q̄ ſūt ad aliū :ſub alia tn̄ rōne q̄ꝫ
iuſticia .nā iuſticia ē circa opatiōes q̄ ſunt
ad aliū ſub rōne debiti legalis . amicitia aūt
ſub rōne cuiuſdā debiti amicabilis ⁊ moꝛal
uel magis ſub rōne bn̄ficij ḡtuiti : ut pʒ per
pħm ī 8° ethicoꝝ . Pōt tn̄ dici ꝙ nō ē virt°
p ſe ab alijs diſticta.nō .n. hʒ rōnē laudabil
⁊ honeſti niſi ex obō :ſm ꝙ fūdat̄ ſup bone
ſtate virtutū : qḋ pʒ ex h̄ ꝙ nō q̄libet amici
tia hʒ rōnē laudabilis ⁊ honeſti : ſicut pʒ in
amicitia delectabilis ⁊ vtilis . vn̄ amicitia v̄
tuoſa magis ē aliqd ꝯn̄s ad virtutē q̄ꝫ ſit vir
tus :nec ē ſilē de caritate q̄ nō fūdat̄ p̄ncipa
lit̄ ſup virtutē hūanā : ſʒ ſup bonitatem di
uinā .¶ Ad ſecūdū dicēdū ꝙ eiuſdē virtutꝭ
ē diligē aliquē ⁊ gaudere de illo . Nam gau
dium amoꝛē ꝯſeqtur:ut s̄ h̄itū ē cū de paſſi
onib° ageret̄ . ⁊ iō magꝭ ponit̄ virt° amoꝛ
q̄ꝫ gaudiū qḋ ē amorꝭ effect°. Ultimū āt qḋ
ponit̄ ī rōne virtutꝭ nō ipoꝛtat oꝛdinem effe
ctus :ſʒ magis oꝛdinē exceſſus cuiuſdā :ſic
centū libre excedūt q̄dragita .¶ Ad tn̄ū dō

ꝙ omne accidens ſm ſuuʒ eſſe eſt inferius
ſubā : q̄a ſubā ē ens p ſe :accn̄s aūt in alio ſʒ
ſcd̄m rōnē ſue ſpēi accn̄s q̄dē quod cauſat̄
ex p̄ncipijs ſubiecti : ē indigni° ſubō : ſicut
effect° cauſa . accn̄s aūt ꝙ cauſat̄ ex p̄ticipa
tione alicui° ſupioꝛis nature : ē digni° ſubō
inq̄ꝫtū ē ſimilitudo ſupiorꝭ nature:ſicut lux
dyaphano . Et h̄ mō caritas eſt dignioꝛ aīa
inq̄ꝫtū eſt p̄ticipatio quedā ſpūs ſancti .

Ad quartum ſic pro

cedit̄ . Uidet̄ ꝙ caritas nō ſit virt° ſpāl. Di
cit.n. Jero° . Ut breuit̄ oīuʒ virtutū diffini
tionē cōplectar .virt° ē caritas q̄ diligit̄ de°
⁊ p̄rim° . Et Aug° dic ī li° de moꝛib° eccle .
ꝙ virt° ē oꝛdo amoꝛis .ſʒ nulla v̄tus ſpālis
ponit̄ in diffinitiōe virtutis cōis . ḡ caritas
nō ē ſpālis virtus .¶ P̄. Jd qḋ ſe extendit
ad opa oīuʒ virtutū : nō pōt eē ſpālis virt°
ſʒ caītas ſe extendit ad opa oīuʒ virtutū:ſm
illḋ .i.ad Corꝭ.13° Caritas patiēs ē:benigna
ē ⁊c̄.Extēdit ſe etiā ad oīa opera hūana:ſm
illud.i.ad Corꝭ.vltꝭ.Ōīa.n.opa vr̄a ī caītate
fiant. ḡ caītas nō ē ſpālis virt° .¶ P̄. Pre
cepta legis r̄ndent actib° virtutū. ſʒ Aug° in
li° de p̄fectiōe hūane iuſticie : dic ꝙ gnālis
iuſſio ē : diliges .⁊ gnālis p̄hibitio :nō ꝯcu
piſces. ḡ caritas nō ē gnālis virt° .¶ Sʒ ꝯ̄
Nullū gnāle ꝯnumerat̄ ſpāli .ſʒ caritas con
nūerat̄ ſpālib° virtutib° .ſ.ſpei ⁊ fidei :ſcd̄m
illud .i.ad Corꝭ .13° . Nūc aūt manent fides
ſpes caritas tria h̄.ḡ caītas ē ſpālis virtus
¶ R° dicēdū ꝙ act° ⁊ h̄it° ſpecificat̄ p obā
ut ex s̄ dcīs pʒ .p̄piū āt obm̄ amoꝛis ē bonū
ut s̄ habitū eſt . ⁊ iō vbi ē ſpālis ratio boni
ibi eſt ratio amoꝛis . Bonū aūt dīnū inq̄ꝫtū
eſt btītudinis obm̄ hʒ ſpālē rōnē boni :⁊ iō
amor caritatis q̄ eſt caritas hui° boni:ē ſpā
lis amoꝛ .vn̄ ⁊ caritas ē ſpālis virtus.¶ Ad
primū ḡ dicēdū ꝙ caritas ponit̄ in diffiniti
one oīs virtutis :nō q̄a ſit eſſent alit̄ oīs vir
tus .ſʒ q̄a depēdēt ab ea aliq̄liter oēs v̄tutes
ut .ī. dicet̄ .ſicut etiā prudētia ponit̄ ī diffi
nitiōe virtutū moꝛaliū:ut pʒ ī 2° ⁊ 6° ethico
rum.eo ꝙ v̄tutes moꝛales d̄pēdēt a prudē
tia.¶ Ad ſecūdū dicēdū ꝙ virt° uel ars ad
quā p̄tinet finis vltim° iperat virtutibus vl̄
artib° ad q̄s p̄tinent alij fines ſcdarij . ſicut
militarꝭ impat equeſtri :ut dicit̄ ī p̄ ethicoꝝ
⁊ ideo q̄a caritas hʒ p obō vltimū finē hūa
ne vite .ſ. btītudinē eternā:ideo extendit ſe

ad actus toti⁹ hūane vite ꝑ modū īpꝫ : non
quaſi īmediate eliciēs oēs actus virtutum .
¶ Ad t̄tiū dicēdū ꝙ ꝑceptū de diligēdo dr̄
eē iuſſio gn̄alis: qa ad hoc reducūt̄ oīa alia
ꝑcepta ſic̄ ad finē : ſcḋm illḋ .i. ad Thimot.
p̄ . Finis ꝑcepti caritas eſt .

Ad quintuꝫ ſic proce

ditur. Videtur ꝙ caritas nō ſit vna v̄t⁹. Ha
bitus.n. diſtiguūt̄ ſcḋm oba. ſꝫ duo ſūt oba
caritatis de⁹ ⁊ ꝓximus: q̄ in īfinitū ab īuicē
diſtant. ḡ caritas nō ē vna v̄tus. ¶ P̄. Diuer
ſe rōnes obiecti diuerſificāt habituꝫ : etiam
ſi obm̄ ſit realit̄ idē: ut ex s̄ dictis pꝫ. ſꝫ mlt̄e
ſunt rōnes diligēdi deū: qa ex ſingulis bene
ficiꝫs ei⁹ ꝑceptis debitores ſumus dilectiōis
ipſius. ḡ caritas nō ē vna virtus. ¶ P̄. Sub
caritate īcludit̄ amicitia ad ꝓximū. ſꝫ phūs
8° ethicoꝝ . ponit diuerſas amicitie ſpēs. ḡ
caritas nō ē vna virt⁹: ſꝫ multiplicat̄ ī diuer
ſas ſpēs. ¶ Sꝫ 𝔠. Sicut obm̄ fidei eſt deus
ita ⁊ caritatis. ſꝫ fides ē vna v̄t⁹ ꝓpt̄ vnitateꝫ
diuine veritatis : ſm̄ illud ad Eph. 4.° Una fi
des. ḡ ēt caritas ē vna v̄t⁹ pp vnitatē diuine
bonitatis. ¶ R̄° dicēdū ꝙ caritas ſicut dcm̄
ē: eſt quedā amicitia hoīs ad deum . diuerſe
aūt amicitiaꝝ ſpēs accipiūt̄ quidē vno° ſm
diuerſitatē finis. ⁊ ſm B dicūt̄ tres ſpēs ami
ticie . ſ. amiticia vtil̄ delectabilis ⁊ honeſti .
Alio° ſm d̄ſitatē coīcationū ī q̄b⁹ amicitie
fūdātur : ſic̄ alia ſpēs amicitie ē 𝔠ſāguine
orum . ⁊ alia 𝔠ciuiū aut ꝑegrinātiū . quarū
vna fūdat̄ ſuꝑ coīcatiōe nāli : alia ſuꝑ coīca
tiōe ciuili uel ꝑegrinatiōis : ut pꝫ per phm̄ in
8° ethicoꝝ . Neutro aūt iſtoꝝ modorum ca
ritas poteſt diuidi ī plura. nā caritatis finis
ē vn⁹ . ſ. dīna bonitas. ē etiā ⁊ vna coīcatio
beatitudinis et̄ne ſuꝑ quā hec amicitia fun
dat̄ . Vn̄ relīgtur ꝙ caritas ē ſiplicit̄ vna v̄t⁹
non diſticta in plures ſpēs. ¶ Ad p̄mū ḡ di
cēdū ꝙ rō illa directe procederet ſi deus et
proximus ex equo eſſent caritatis oba. hoc
aūt nō ē veꝝ . ſꝫ de⁹ ē p̄ncipale obm̄ carita
tis . ꝓxim⁹ aūt ex caritate diligit̄ ꝓpt̄ deū
¶ Ad ſecūdū dḋ ꝙ caritate diligit̄ de⁹ ꝓpt̄
ſeipſū. Vn̄ vna ſola ratio diligendi attendit̄
p̄ncipaliter a caritate . s diuina bonitas que
ē eius ſubā : ſm illud p̄s . Cōfitemini dn̄o
qm̄ bon⁹. Alie āt rōnes ad diligēdū īducen
tes ul̄ debitū dilectōis faciētes ſūt ſcḋarie ⁊
𝔠ñtes ex prima. ¶ Ad t̄tium dicēdū ꝙ ami

citie hūane de q̄ phūs loqt̄ ē diuerſus finis
⁊ diuerſa coīcatio : qḋ in caritate locū nō hꝫ
ut dictū eſt . ⁊ iō nō ē ſimilis rō .

Ad ſextum ſic proce

dit̄ . Videt̄ ꝙ caritas n̄ ſit excellētiſſima v̄tu
tū . Altioris.n. potētie altioꝛ ē v̄t⁹ : ſicut ⁊ al
tioꝛ oꝑatio . ſꝫ intellect⁹ ē altioꝛ voluntate :
q̇a dirigit ip̄aꝫ . ḡ fides que ē in itellectu eſt
excellentioꝛ caritate que eſt in volūtate .
P̄. illud ꝑ qḋ aliud oꝑatur vr̄ eo eē īferius :
ſicut miſter ꝑ quē dn̄s aliqd oꝑat̄ eſt inferi
oꝛ dn̄o . ſꝫ fides ꝑ caritatē operat̄ : ut habet̄
ad Gal̄ . 5°. ḡ fides eſt excellentioꝛ caritate .
¶ P̄. Illḋ qḋ ſe hꝫ ex additiōe ad aliud vr̄
eſſe ꝑfectius . ſꝫ ſpes videt̄ ſe hr̄e ex additio
ne ad caritatē . nā caritatis obm̄ ē bonum :
ſpei aūt obm̄ eſt bonū arduū . ḡ ſpes ē excel
lētioꝛ caritate . ¶ Sed 𝔠 ē qḋ dr̄ .i. ad Cor.
13°. Maior hoꝝ caritas. ¶ R̄° dicēdū ꝙ cū
bonū in hūanis actib⁹ attēdat̄ ſm ꝙ regu
lant̄ debita regula : necē ē ꝙ v̄tus hūana q̄
ē p̄ncipiū bonoꝝ actuū 𝔠ſiſtat in attigēdo
hūanoꝝ actuū regulā . Eſt aūt duplex regu
la hūanoꝝ actuū : ut s̄ dcm̄ eſt . ſ. rō hūana
⁊ deus. ſed de⁹ ē p̄ma regula a qua etiā hūa
na ratio regulāda ē . ⁊ ideo v̄tutes theologi
ce q̄ 𝔠ſiſtunt in attingēdo illā regula p̄mam
eo ꝙ eaꝝ obm̄ ē deus excellentiores ſunt v̄
tutib⁹ moꝛalib⁹ ul̄ ītellectualib⁹ que 𝔠ſiſtūt
in attingendo rōnē hūanā . ꝓpt̄ qḋ opoꝛꝫ
ꝙ etiā int̄ ip̄as virtutes theologicas : illa ſit
potioꝛ q̄ magis deū attingit . ſemꝑ aūt id qḋ
ē ꝑ ſe: mai⁹ ē eo qḋ ē ꝑ aliud . Fides āt ⁊ ſpes
attigūt qdē deū ſm ꝙ ex ip̄o ꝓuenit nobis
uel cognitio veri uel adeptio boni . ſed cari
tas attingit ip̄m deū ut in ip̄o ſiſtat : non ut
ex eo aliqd nob̄ proueniat . ⁊ ideo caritas ē
excellētioꝛ fide ⁊ ſpe : ⁊ ꝑ 𝔠ñs oīb⁹ aliꝫs v̄tu
tib⁹ : ſic̄ etiā prudētia q̄ attingit rōnē ſcḋm
ſe ē excellētioꝛ q̄ꝫ alie virtutes moꝛales que
attigūt rōneꝫ ſcḋm ꝙ ex ea mediū 𝔠ſtituit̄
in operationibus ul̄ paſſionibus humanis.
¶ Ad primū ḡ dicēdū ꝙ oꝑatio ītellect⁹ cō
plet̄ ſcḋm ꝙ itellectū ē ī itelligēte . ⁊ iō no
bilitas oꝑationis ītellectualis attēdit̄ ſcḋm
mēſurā intellect⁹. Operatio aūt voluntatis et
cuiuſlibet v̄tutis appetitiue ꝑficit̄ ex īclinati
one appetētis ad rē ſicut ad t̄minū . ideo di
gnitas oꝑationis appetitiue attēdit̄ ſm reꝫ
que ē obm̄ oꝑatiōis. ea āt q̄ ſunt īfra animā

nobiliori mō ſūt ī aīa q̄ꝫ ī ſeipſis .q̄a vnum quodqꝫ ē ī aliq̄ ꝑ modū eiꝰ ī q̄ ē : ut habetur in li° de cauſis .q̄ vero ſūt ſ̄ aīaꝫ :nobiliori mō ſūt ī ſeipſis q̄ꝫ ſūt ī aīs .⁊ iō eoꝝ q̄ ſunt infra nos nobilior eſt cognitio q̄ꝫ dilectio. ꝓpt̄ qđ pħus ī 7° ethicoꝝ .pretulit virtutes intellectuales moralibꝰ .ſꝫ eoꝝ q̄ ſunt ſupra nos ⁊ ꝑcipue dilectio dei cognitioni pfert̄. ⁊ iō caritas ē excellētior fide. ¶ Ad ſecūduꝫ dicēdū ꝙ fides non opat̄ ꝑ dilectionē ſicut ꝑ inſtrumētū :ut dn̄s ꝑ ſeruū .ſꝫ ſic̄ ꝑ formaꝫ ꝓpriam .⁊ iō rō non ſeq̄tur .¶ Ad tertium dicēdū ꝙ idē bonū ē obm̄ caritatis ⁊ ſpei. ſꝫ caritas īportat vnionē ad illud bonū .ſpeſ aūt diſtātiā quādā ab eo .⁊ inde ē ꝙ caritas nō reſpicit illud bonū ut arduuꝫ: ſicut ſpes. qđ.n. iā vnitū ē :nō hꝫ rōnē ardui .et ex hoc apparet ꝙ caritas eſt perfectior ſpe.

Ad ſeptimuꝫ ſic procedit̄.

Videt̄ ꝙ ſine caītate poſſit eē aliqua vera v̄tus . Virtutꝭ .n. ꝓpriū ē bonū actum ꝓducē .ſꝫ illi q̄ nō hn̄t caritatē faciūt aliq̄s bonos actꝰ:puta dū nudū veſtiūt :famelicū paſcūt .⁊ ſilia operāt̄ .g̊ ſine caritate pōt eē aliqua vera virtꝰ . ¶ P̄. Caritas nō pōt eſſe ſine fide . ꝓcedit.n. ex fide nō ficta : ut aplſ dic̄ .i. ad Thimotꝭ .p̊.ſꝫ in īfidelibꝰ pōt eſſe vera caſtitaſ dū ꝯcupiſcētiaſ cohibēt. ⁊ vera iuſticia dū recte iudicāt .g̊ vera v̄tꝰ pōt eſſe ſine caritate .¶ P̄. Scīa ⁊ ars v̄tutes q̄dam ſūt :ut pꝫ in 6° ethicoꝝ .ſꝫ huiuſmōi īueniūt̄ in hoībus pctōribꝰ nō hn̄tibus caritatem. g̊ vera virtus pōt eē ſine caritate. ¶ Sꝫ ꝯ ē qđ aplſ dicit .i. ad Corꝭ .13°. Si diſtribuero ī cibos paupū oēs facultates meas .⁊ ſi tradidero corpꝰ meū :ita ut ardeā:caritatē aūt nō habeā:nihil mihi ꝓdeſt .ſꝫ virtꝰ vera mlt̄ tū ꝓdeſt ſcḋm illud Sap.8°. Sobrietatem et iuſticiā docet prudētiā ⁊ virtutē:qbꝰ ī vita nihil eſt vtilius hoībus .g̊ ſine caritate vera virtꝰ eē nō pōt . ¶ Rꝰ dicēdū ꝙ virtꝰ ordīatur ad bonū :ut ſ̄ hītū ē. bonū aūt ꝑncipaliter ē finis .nā ea q̄ ſunt ad finē :non dicunt̄ bona niſi in ordine ad fineꝫ:ſic̄ g̊ duplex eſt finis. vnꝰ vltimꝰ ⁊ aliꝰ ꝓximꝰ. ita etiam eſt duplex bonū .vnū q̄dē vltimū ⁊ vlē .⁊ aliud ꝓximū ⁊ ꝑticulare . vltimū q̄dē ⁊ ꝑncipale bonū hoīs ē dei fruitio:ſcḋm illud pſ. Mihi adherē deo bonū eſt .et ad hͦ ordinat̄ hō ꝑ caritatē. Bonū aūt ſcḋariū ⁊ q̄ſi ꝑticulare hoīs pōt eē duplex . Vnū q̄dē qđ ē vere bonū:utpote ordinabile q̄ꝫtū eſt in ſe ad ꝑncipale bonū qđ ē vltimꝰ finis . Aliud aūt ē bonū apparēs ⁊ nō veꝝ.q̄a abducit a finali bono . Sic g̊ pꝫ ꝙ virtꝰ vera ſimplicit̄ ē illa q̄ ordinat ad ꝑncipale bonū hoīs .ſicut etiam pħus in 8° ethicoꝝ dicit ꝙ v̄tus ē diſpoſitio ꝑfecti ad optimū . ⁊ ſic nulla vera virtꝰ pōt eē ſine caritate. Sꝫ ſi accipiat̄ virtꝰ ſcḋm qđ ē ī ordīe ad aliquē finē ꝑticularē :ſic pōt aliq̄ virtꝰ dici ſine caritate inq̄ꝫtū ordinat̄ ad aliqđ ꝑticulare bonū .ſꝫ ſi illud ꝑticulare bonū nō ſit verū bonū ſꝫ apparēs : virtꝰ etiam q̄ ē in ordine ad hͦ bonum :non erit vera virtus ſꝫ falſa ſilitudo v̄tutis:ſic̄ n̄ ē vera virtꝰ auaroꝝ prudētia q̄ excogitāt diuerſa genera locelloꝝ. ⁊ auaroꝝ iuſticia q̄ ꝯuiū danoꝝ metus ꝯtēnūt alienoꝝ . ⁊ auarorum tēꝑantia q̄ luxurie q̄ ſūptuoſa eſt:cohibēt appetitū. ⁊ auaroꝝ fortitudo q̄ ut ait Horatiꝰ : Per mare pauperieꝫ fugiūt ꝑ ſaxa ꝑ ignes :ut Augꝰ dic̄ ī 4°.li° ꝯ Julianū. Si vͦ illđ bonū ꝑticulare ſit verū bonū :puta ꝯſuatio ciuitatis uꝉ aliq̄d huiꝰmōi : erit q̄dē virtꝰ vera ſꝫ īꝑfecta niſi ferat̄ ad finale ⁊ ꝑfectū bonū . ⁊ ſcḋm hoc ſimplicit̄ vera virtꝰ ſine caritate eſſe nō pōt. ¶ Ad ꝑmū g̊ dicēdū ꝙ actꝰ alicuiꝰ caritate carētis pōt eſſe duplex . Vnꝰ q̄dē ſcḋm hoc ꝙ caritate caret :utpote cū facit aliq̄d in ordine ad id ꝑ qđ caret caritate . ⁊ talꝭ actꝰ ſēꝑ ē malꝰ :ſic̄ Augꝰ dic̄ in 4° ꝯ Julianū .ꝙ actus infidelis inq̄ꝫtū ē infidelis ſemꝑ ē pctm̄ etiā ſi nudū opiat:uel quicq̄d aliud huiꝰmōi faciat ordinās ad finē ſue infidelitatis. Aliꝰ aūt pōt eē actꝰ caritate carētis :nō ſcḋm id qđ caritate caret :ſꝫ ſcḋm ꝙ hꝫ aliq̄đ aliud donuꝫ dei uel fidē uꝉ ſpem uel etiā uere bonū qđ n̄ totū ꝑ pctm̄ tollit̄ :ut ſ̄ dictū ē . ⁊ ſcḋm hͦ ſine caritate pōt q̄dē eē aliq̄s actus bonꝰ ex ſuo genere :nō tn̄ ꝑfecte bonꝰ:q̄a deeſt debita ordinatio ad vltimū finē. ¶ Ad ſecundum dicendū ꝙ cū finis ſe habeat in agibilibus ſic̄ ꝑncipiū in ſpeculabilibus .ſicut non pōt eē ſimplicit̄ vera ſcīa ſi deſit recta eſtimatio de ꝑmo ⁊ īdemōſtrabili ꝑncipio : ita nō pōt eē ſimplicit̄ vera iuſticia aut vera caſtitas ſi deſit ordinatio debita ad finē q̄ ē ꝑ caritatem: quātūcūq̄ꝫ aliq̄s ſe recte circa alia habeat. ¶ Ad t̄tiū dicēdū ꝙ ſcīa ⁊ ars de ſui rōne īportāt ordinē ad aliqđ ꝑticulare bonum:nō autē vltimū fineꝫ hūane vite:ſicut virtutes

moꝛales: que ſimplicit̄ faciūt hominē bonū
ut ſ̄ dictum eſt. ⁊ iō nō ē ſimilis ratio.

Ad octauum ſic pro

cedit̄. Videt̄ q̄ caritas nō ſit foꝛma virtutū
Foꝛma. n. alicui⁹ rei: uel ē exēplariſ ul̄ eēnti
alis. ſ3 caritas n̄ ē foꝛma exēplaris aliaꝝ v̄tu
tū: qa ſic opoꝛteret q̄ alie virtutes eēnt eiuſ/
dem ſpēi cū ipſa. ſilit̄ etiā nō eſt foꝛma eſſen/
tialis aliaꝝ v̄tutū: qa nō diſtigueret̄ ab aliiſ.
ḡ nullo mō ē foꝛma virtutum. ¶ P̄. Caritas
cōpat̄ ad alias v̄tutes ut radix ⁊ fundamen
tum: ſm illud Eph. 3°. In caritate radicati ⁊
fundati. radix aūt uel fūdamētū nō h3 rōnē
foꝛme: ſ3 magis rōnē matie: qa eſt p̄ma ps ī
gnātiōe. ḡ caritas nō ē foꝛma virtutū. ¶ P̄.
Foꝛma ⁊ finis ⁊ efficiēs nō coincidūt ī ide3
nūero: ut p3 in 2° phiſicoꝝ. ſ3 caritas d̄r finis
⁊ mater virtutum. ḡ nō debet dici foꝛma vir
tutum. ¶ Sed ꝯtra ē q̄ Amb° dicit carita/
tem eē foꝛmā virtutū. ¶ R̄° dicendū q̄ ī mo
ralib⁹ foꝛma actus attēdit̄ p̄ncipalit̄ ex pte
finis. Cui⁹ rō ē: qa p̄ncipiū moꝛalium actuū
ē volūtas cui⁹ obm ⁊ q̄ſi foꝛma ē finis. ſemꝑ
aūt foꝛma actus cōſeqt̄ foꝛmā agētis. vn̄ o3
q̄ ī moꝛalib⁹ id qđ dat actui oꝛdinē ad finē
det ei ⁊ foꝛmā. Maīfeſtū ē āt ſm p̄dicta q̄
ꝑ caritatē oꝛdināt̄ actus oīum aliaꝝ v̄tutu3
ad vltimū finē. ⁊ ſm h̄ ipſa dat foꝛmam acti
bus oīu3 aliaꝝ v̄tutu3. ⁊ ꝑ tāto d̄r eſſe foꝛma
v̄tutū. na3 ⁊ ipſe v̄tutes dicunt̄ in oꝛdine ad
act⁹ foꝛmatos. ¶ Ad p̄mū ḡ dicēdū q̄ cari/
tas d̄r eē foꝛma aliarū v̄tutū: non qdem ex
emplarit̄ aut eſſentialit̄: ſ3 magl̄ effectiue in
q̄ztū. ſ. oībus foꝛmā īponit ſm modū p̄dictū
¶ Ad ſecundū dicendū q̄ caritas ꝯpat̄ fun
damēto ⁊ radici inq̄ztū ex ea ſuſtentāt̄ ⁊ nu
triūt̄ oēs alie virtutes. ⁊ nō ſm rōnē qua fū
damētum ⁊ radix hn̄t rōnē cauſe material̄
¶ Ad t̄tiū dicendū q̄ caritas d̄r finis aliaꝝ
virtutū: qa oēs alias virtutes oꝛdinat ad fi/
nem ſuū. ⁊ qa mater ē: qa in ſe ꝯcipit ex alio
Ex hac āt rōne d̄r mat̄ aliaꝝ virtutu3: qa ex
appetitu finis vltimi cōcipit actus aliarum
virtutum imperando ipſis.

Deinde ꝯſide

randū eſt de caritate ī ꝯpa
tione ad ſubm. Et circa h̄
querunt̄ duodeci. p̄ vtrū
caritas ſit ī volūtate tāq̄3 ī
ſubo. 2° vtrū caritas cauſet̄ in hoīe ex acti
bus p̄cedētib⁹: uel ex infuſiōe dina. 3° vtru3
infūdat̄ ſm capacitatē nālīū. 4° vtꝝ auge
atur in hn̄te ipſam. 5° vtru3 augeat̄ ꝑ addi
tionē. 6° vtrū q̄libet actu augeat̄. 7° vtru3
augeat̄ in īfinitū. 8° vtrū caritas vie poſſit
eſſe ꝑfecta. 9° de diuerſis gradib⁹ caritatl̄.
x° vtrū caritas poſſit diminui. xi° vtrū ca
ritas ſemel habita poſſit amitti. 12° vtrum
amittat̄ ꝑ vnum actum peccati moꝛtalis.

Ad primu3 ſic proce

dit̄. Videtur q̄ volūtas nō ſit ſubm caritatl̄
Caritas. n. amoꝛ qdā ē. ſ3 amoꝛ ſm ph̄m ē ī
cōcupiſcibili. ḡ ⁊ caritas ē in cocupiſcibili ⁊
nō in voluntate. ¶ P̄. Caritas ē p̄ncipaliſſi
ma v̄tutū: ut ſ̄ dictū ē. ſ3 ſubm v̄tutiſ ē ratio
ḡ videt̄ q̄ caritas ſit in rōne ⁊ nō in volūta/
te. ¶ P̄. caritas ſe extendit ad oēs act⁹ hūa/
nos: ſm illud. i. ad Coꝛl. vlt. Oīa vr̄a in cari
tate fiant. ſ3 p̄ncipiu3 hūanoꝝ actuū ē libeꝝ
arbitriū. ḡ videt̄ q̄ caritas maxie ſit ī libēo
arbitrio ſicut in ſubo. ⁊ n̄ ī volūtate. ¶ S3
ꝯ ē q̄ obm caitatl̄ ē bonū: qđ etiā ē obm vo
luntatis. ḡ caritas ē in volūtate ſic̄ in ſubo.
R̄° dicēdū q̄ cū duplex ſit appetitus. ſ. ſen
ſitiu⁹ ⁊ ītellectiu⁹ q̄ d̄r volūtas: ut ī p̄ habitū
eſt. vtriuſq3 obm ē bonum ſ3 diuerſimode.
nam obm appetitus ſenſitiui ē bonū ꝑ ſenſū
apprehēſū. obm v̄o appetitus intellectiui ul̄
volūtatis ē bonū ſub cōi ratiōe boni ꝓut ē
apprehēſibile ab intellectu. caritatis autem
obm n̄ ē aliqđ bonū ſēſibile: ſ3 bonū diuinū:
qđ ſolo intellectu cogſcit̄. ⁊ ideo caritatl̄ ſb
iectū nō ē appetit⁹ ſenſitiu⁹: ſ3 appetit⁹ intel/
lectiu⁹. i. volūtas. ¶ Ad primū ḡ dicēdū q̄
cōcupiſcibilis ē ps appetitus ſenſitiui: nō āt
appetit⁹ ītellectiui: ut in p̄ oſtēſū ē. vn̄ amoꝛ
qui ē in cōcupiſcibili ē amoꝛ ſenſitiui boni
ad bonū aūt dīnū qđ ē ītelligibile: concupi
ſcibilis ſe extēdere nō pōt: ſ3 ſola voluntas.
⁊ ideo cōcupiſcibilis ſubm caritatl̄ eē n̄ pōt
¶ Ad ſecundū dicēdū q̄ volūtaſ etiā ſcđm
ph̄m in 3° de aīa: in rōne eſt. ⁊ iō ꝑ h̄ q̄ cari
taſ ē in volūtate nō ē aliena a rōne: tn̄ ratio
nō ē regula caritatis ſic̄ hūanarū virtutum
ſ3 regulat̄ a dei ſapīa ⁊ excedit regulā rōnis
hūane: ſm illud Eph. 3°. Superminente3 ſcie
caritatē xp̄i. vn̄ nō ē in rōne ſicut in ſubo: ſi
cut prudentia. neq3 ſicut ī regulante: ſicut iu
ſticia uel tp̄antia: ſ3 ſolū ꝑ quādā3 affinitatē

voluntatis ad rōnez. ¶ Ad t'tiū dicendū φ
liberū arbitriū nō ē alia potentia a volūtate
ut ī p̄ dictum ē. ⁊ tñ caritas nō ē in volūtate
ſm rōnē liberi arbitrij cui⁹ act⁹ ē eligere: ele-
ctio. n. ē eoꝝ q̄ ſunt ad finē. volūtas aūt eſt
ipſius finis: ut dr̄ in 3° ethicoꝝ. Unde cari-
tas cui⁹ obm̄ ē finis vltimus: magis debꝫ di
ci eſſe in volūtate q̄ꝫ in libero arbitrio.

Ad ſecūdum ſic pro

cedit. Videt' φ caritas nō cauſet' in nob ex
īfuſiōe. Illud. n. qd̄ ē cōe oīb⁹ creaturꝭ: nālit'
hoīb⁹ ieſt. ſed ſic Dyo⁹ dic̄ in 4° ca° de diui.
no. oīb⁹ diligibile ⁊ amabile eſt bonū diuū
qd̄ ē obm̄ caritatis. g̊ caītas ineſt nobis nā
lit' et nō ex infuſione. ¶ P̄. Quanto aliqd
eſt magis diligibile: tanto facili⁹ diligi pōt
ſꝫ de⁹ ē maxime diligibilis cū ſit ſumme bo
n⁹. g̊ facili⁹ ē ipſū diligē q̄ꝫ alia. ſꝫ ad alia di
ligēda n̄ idigem⁹ aliq̊ hitu infuſo. g̊ nec etiā
ad diligendū deū. ¶ P̄. Apl's dic̄. i. ad Thi
motꝭ. p̊. Finis p̄cepti ē caritas de corde pu
ro ⁊ ꝯſcia bōa ⁊ fide nō ficta. ſꝫ h̄ tria ptinēt
ad actus hūanos. g̊ caītas cauſat' in nob ex
actib⁹ p̄cedētib⁹ ⁊ nō ex infuſiōe. ¶ Sꝫ ꝯ ē
qd̄ aplus dic̄ Ro. 5°. Caītas dei diffuſa ē in
cordib⁹ nr̄is p ſpm̄ ſcm̄ q dat⁹ ē nob. ¶ R°
dicendū φ ſic dictū eſt. caritas ē amicitia q̄
dam hoīs ad deū fundata ſup ꝯicatiōez bti
tudinis et'ne. hec aūt coīcatio nō ē ſm bona
nālia: ſꝫ ſm dona g̊tuita: quia ut dr̄ Ro 6°
Gr̄a dei vita et'na. vñ ⁊ ipſa caritas faculta
tem nature excedit. qd̄ aūt excedit nature
facultatē n̄ pōt eē neqꝫ nāle neqꝫ p potētias
nāles acq̄ſitū: q̄a effect⁹ nālis non trāſcēdit
ſuā cauſā. vñ caritas nō pōt neqꝫ nālit' nob
ineſſe. neqꝫ p vires nāles ē acq̄ſita: ſꝫ p īfuſi
onē ſpūs ſcī q̄ ē amoꝝ pr̄is ⁊ filij. cui⁹ ptici
patio in nob ē ipa caritas cauſata: ſic ſ̄ dcm̄
eſt. ¶ Ad p̄mū g̊ dicēdū φ Dyo⁹ loq̄tur de
dilectione dei q̄ fundat' ſup cōmunicatione
nāliū bonoꝝ. ⁊ iō nālit' oīb⁹ ineſt. ſꝫ caītas
fundat' ſup q̄dam ꝯicatione ſupnāli. vñ nō
ē ſimilis rō. ¶ Ad ſecūdū dicēdū φ ſic de⁹
ſcd̄m ſe eſt maxime cog̊ſcibilis non tñ nob
ꝑpt' d̄fectū nr̄e cognitiōis q̄ d̄pendet a reb⁹
ſenſibilib⁹. ita etiā deus in ſe ē maxīe diligi
bilis iq̄ꝫtū ē obm̄ btitudinis. ſꝫ h̄ mō nō eſt
maxīe diligibilis nob ꝑpt' inclinationē affe
ctus nr̄i ad viſibilia bona. vñ pꝫ φ ad deum
maxime diligendum hoc modo noſtris coꝛ

dibus neccē eſt φ etiam caritas infundatur
¶ Ad t'tiū dicēdū φ cū caritas dicit' in nob
procedere ex corde puro et conſcientia bo-
na ⁊ fide nō ficta: h̄ referēdū ē ad actū cari
tatis q ex p̄miſſis excitat': uel etiā h̄ dr̄: q̄a
huiuſmōi act⁹ diſponūt hoīez ad recipiēdū
caritatis infuſionē. Et ſilit' etiā dicēdū ē de
eo qd̄ Aug⁹ dic̄ φ timoꝛ introducit caritatē
⁊ de hoc qd̄ dicitur in glo. Math. p̊. φ fides
generat ſpem ⁊ ſpes caritatem.

Ad tertium ſic proce

dit'. Videtur φ caritas īfundat' ſm capaci-
tatē nāliū. Dicit'. n. Math. 25°. φ dedit vni
cuiqꝫ ſm ꝑꝑam v'tutē. ſꝫ caritatē nulla v'tus
p̄cedit ī hoīe niſi nālis: q̄a ſine caritate nulla
ē virt⁹: ut dictū ē. g̊ ſm q̄ꝫtitatē virtutis nāl'
infūdit' hoī caritas a deo. ¶ P̄. Diuꝫ ordia-
toꝝ adinuicē ſecūdū ꝑportionat' p̄mo. ſicut
videm⁹ φ in reb⁹ nālib⁹ forma ꝑportiōatur
materie. ⁊ ī donis g̊tuitꝭ glīa ꝑportiōat' gr̄e
ſꝫ caritas cū ſit pfectio nat'e cōpat' ad capa
citatē nālē: ſic ſecūdū ad primū. g̊ videt' φ
caītas īfundat' ſm nāliū capacitatem. ¶ P̄.
Hoīes ⁊ angeli ſm eandē rōnē pticipāt bti
tudinē: q̄a ī vtriſqꝫ ē ſilis btitudinis ratio:
ut habet' Math. 22° ⁊ Lucꝭ. 20. ſꝫ in āgelis
caritas ⁊ alia dona g̊tuita ſunt data ſm ca-
pacitatē nāliū: ut mag̊r dicit. 3. diſ. ſcd̄i libri
ſniaꝝ. g̊ idē videt' eē ī hoībus. ¶ Sꝫ ꝯ ē qd̄
dr̄ Joh. 3°. Spūs vbi vult ſpirat. ⁊. i. ad Corꝭ
12°. Hec oīa opat' vn⁹ ⁊ idē ſpūs: diuidēs ſin
gul' ꝑut vult. g̊ caritas dat' nō ſm capacita
tē nāliū: ſꝫ ſm volūtatē ſpūs ſua dona diſtri
buētꝭ. ¶ R° dicēdū φ vniuſcuiuſqꝫ rei q̄ꝫti-
tas d̄pēdet a ꝑꝑa cauſa rei: q̄a vniuerſalioꝛ
cauſa effectū maiorē ꝑducit. caītas aūt cū
ſupexcedit ꝑportionē nature hūane: ut dic
tu ē n̄ d̄pēdet ex aliq̄ nāli virtute: ſꝫ ex ſola
gr̄a ſpūs ſcī eā infūdētis. ⁊ iō q̄ꝫtitas carita-
tis nō dependet ex cōditiōe nat'e ul' ex capa
citate nāl' v'tutis: ſed ſolū ex volūtate ſpirit⁹
ſancti diſtribuentis ſua dona ꝑut vult. Vñ
⁊ apl's dic̄ ad Eph. 4°. Unicuiqꝫ nr̄m data ē
gratia ſm menſurā donatiōis xp̄i. ¶ Ad pri
mū g̊ dicēdū φ illa v't⁹ ſm quā ſua dōa de⁹
dat, vnicuiqꝫ ē diſpoſitio ul' p̄paratio p̄cedēſ
ſiue conat⁹ gr̄am accipientis. ſꝫ hāc etiā di-
ſpoſitionē ul' conatū p̄ueīt ſpūs ſcūs moueſ
mentē hoīs ul' plus uel min⁹ ſcd̄m ſuam vo
lūtatem. Unde ⁊ aplus dicit ad Col. p̊. Qui

dignos nos fecit ī ptē ſortis ſcõꝝ in lumine
¶ Ad ſecūdū dicendū ꝙ forma nō excedit
mãe ꝓportiōez ſ; ſūt eiuſdē gener ꝉ.ſiliť etiaꝫ
gr̃a ⁊ gl̃ia ad idē gen⁹ referūť:qa gr̃a nihil ē
aliō ꝙ̃ q̄dã ichoatio glorie ī nob.ſed caritas
⁊ nã nō ptinēt ad idē gen⁹. ⁊ iō ñ ē ſiliſ rō.
¶ Ad tertiū dicendū ꝙ angel⁹ ē intellectu
alis nature. ⁊ ſm ſuã cōditiōez cōpetit ei ut
totaliter ferať in oē id in qō ferť: ut in p̊ ha
bitū ē. ⁊ ideo in ſupiorib⁹ angeliſ fuit maioꝛ
conat⁹ ad bonū in pſeuerantib⁹. ⁊ ad malū ī
cadētib⁹. ⁊ iō ſupioꝝ angeloꝝ pſiſtentes fa
cti ſunt meliores. ⁊ cadentes facti ſūt peio
res alijs.ſ; hō ē nature rõnalis:cui ꝯpetit eē
q̄nq; in potentia ⁊ q̄nq; in actu . ⁊ iō non oꝫ
alijs. ꝛ ſm diuerſas cōiunctiōes ſūt diuerſi
mode diuēſa bn̄ficia diſpēſāda. nā vnicuiqꝫ
ē magis exhibendū beneficiū ꝑtinēs ad illā
rē ſm quā eſt nob̄ magiſ cōiūctus ſīpliciter
loquēdo. tn̄ h̄ pōt variari ſm diuerſitatem
locoꝝ ꝛ tēpoꝝ ꝛ negocioꝝ. nā in aliquo ca
ſu ē magis ſubueniendum extraneo. puta ſi
ſit ī extrema neceſſitate. q̄ꝫ etiā pr̄i nō tantā
neceſſitatē patiēti. ¶ Ad p̄mū g̊ dicendum
ꝙ dn̄s nō ꝓhibet ſimpliciter vocaꝛ amicos
aut cōſāguineos ad cōuiuium. ſꝫ vocaꝛ eos
ea ītētione ꝙ te ipſi reinuitēt. hoc. n. nō erit

caritatiſ ſꝫ cupiditatis.pōt tñ cōtigere ꝙ ex
tranei ſit magis iuuādi in aliquo cāu propť
maiorē īdigētiā.intelligendū eſt eni ꝙ ma
gis cōiūctis magꝭ ē cetis paribꝰ bñfaciēduꝫ
ſi aūt duorū vnꝰ ē magis cōiūctus.⁊ alť ma
gis indigēs:nō pōt vlī ŕgula deťminari: cui
ſit magis ſubueniēdū:qa ſūt diuerſi gradus
⁊ īdigentie ⁊ propīgtatis.ſꝫ ħ reqrit pruden
tis iudiciū. ¶ Ad ſecundū dicēdū ꝙ bonuꝫ
multoꝝ cōe diuinius ē ꝗ̄ bonū vnius.vnde
ꝓ bono cōi reipublice uľ ſpūaliſ uľ tpaliſ vir
tuoſū ē etiā ꝙ aliqs propriā vitā expōat pe
riculo.⁊ ideo cū cōicatio ī bellicis actibꝰ oꝛ
dineť ad cōſeruationē reipublice.ī ħ miles
īpēdēſ ꝯmilitōi auxiliū.nō īpēdit ei tāꝗ̄ pri
uate pſōe.ſꝫ ſic totā rēpublicā iuuās.⁊ ideo
nō ē mirū ſi ī ħ pferť extraneꝰ cōiūcto ſm
carnē. ¶ Ad tertiū dicēdū ꝙ duplex eſt de
bitū.Vnū qdē qđ non eſt numerandū ī bo
nis eiꝰ q debet.ſꝫ potius ī bōis eiꝰ cui debe
tur.puta ſi aliqs hēt pecuniā aut rē aliquaꝫ
alťius uľ furto ſublatā.uľ mutuo acceptaꝫ ſi
ue depoſitā.vel aliq̄ ſiľi alio mō:ꝗ̄tū ad hoc
debet hō pꝰus reddē debitū:ꝗ̄ ex eo bñfacē
ꝯiūctis.niſi forte eēt tāte neceſſitatꝭ articľs
ī q̊ etiā liceret ipi rē alienaꝫ accipe ad ſubue
niendū neceſſitateꝫ patienti.niſi forte ⁊ ille
cui res debeť ī ſiľi neceſſitate eēt.ī q̊ tñ cāu
pēſāda eēt utriuſqꝫ ꝯditio ſm aliaſ ꝯditiōes
reqſitaſ prudētis iudicio:qa ī talibꝰ nō pōt
vlis regula dari ꝓpť varietatē ſigulorum ca
ſuū.ut phs dic ī 9º ethicorū.Aliud aūt ē de
bitū qđ cōputať ī bōis eiꝰ q hꝫ ⁊ nō eius cui
debeť.puta ſi debeať nō ex iuſticie neceſſi-
tate ſꝫ ex q̄dā morali eqtate.ut ꝯtigit ī bñfi
cijs ǧtiſ ſuceptis.nulliꝰ aūt bñfactoris bñfi
ciū eſt tm̄ ſicut parētū.⁊ iō parēteſ ī recom
pēſādis bñficijs ſūt oībus alijs preferendi.
niſi neceſſitas ex alia pte ꝓponderaret uel a
liq̄ alia ꝯditio.puta coīſ vtilitaſ eccľie uľ rei
publice.ī alijs aūt ē eſtimatio habēda ⁊ con
iūctiōis ⁊ bñficij ſuſcepti.q̄ ſiľiť non pōt cōi
ŕgula deťmiari. ¶ Ad quartū dicēdū ꝙ pa
rēteſ ſūt ſic ſupioꝛes.⁊ iō amoꝛ parentuꝫ eſt
ad bñfaciēdū.amoꝛ aūt filioꝝ ad honorādū
parētes.⁊ tam̄ ī neceſſitatis extreme articu
lo magis liceret ďſerere filios ꝗ̄ parētes.q̄s
nullo mō deſerere licet propť obligationem
bñficiorum ſuſceptorum. ut patet per philo
ſophum in 8º ethicorum.

Ad quartum ſic pro
cediť.Videť ꝙ bñficientia ſit ſpaľ vtꝰ.pce
pta.n.ad vtutes ordinātur: qa legiſlatores
itēdūt facere hoīeſ vtuoſoſ.ſic dř ī 2º ethico
rū.ſꝫ ſeorſū dať pceptuꝫ de bñficiētia ⁊ de
dilectiōe:dř.n.Math.5º.Diligite inimicos
vřos.⁊ bñfacite his q oderūt vos.ǧ bñficien
tia ē vtus diſticta a caritate. ¶ P. Vitia vtu
tibuſ opponūť.ſꝫ bñficiētie opponūtur aliq̄
ſpālia vitia p q̄ nocumētū proximo inferť.pu
ta rapia furtū ⁊ alia huiuſmōi. ǧ bñficiētia
ē ſpālis virtꝰ. ¶ P.Caritas ñ diſtiguiť ī mul
tas ſpēs.ſꝫ bñficientia videtur diſtingui in
multas ſpēs ſm diuſas bñficiorū ſpecies.ǧ
bñficientia ē alia vtus a caritate. ¶ Sꝫ ꝯ eſt
ꝙ actꝰ iťioꝛ ⁊ exťioꝛ nō reqrunt diuerſaſ uir
tutes. ſed bñficiētia ⁊ beniuolētia nō diffe
rūt niſi ſič actuſ exťioꝛ ⁊ iťerioꝛ:qa bñficien
tia ē executio beniuolētie.ǧ ſič beniuolētia
nō ē alia virtꝰ a caritate:ita nec bñficientia.
¶ Rº dicendū ꝙ uirtutes diuerſificāť ſm
diuerſas rōnes obi.eadē aūt ē rō formalis
obi caritatis ⁊ bñficiētie.nam utraqꝫ ŕſpicit
rōnē cōem bōi.ut ex pdictis pꝫ.vnde bene-
ficiētia nō ē alia vtus a caritate.ſed nomiat
quendā caritatis actum. ¶ Ad pmū ǧ dicē
dū ꝙ pcepta nō dať ď hitibus uirtutū ſꝫ de
actibꝰ.⁊ iō diuerſitas pceptorum nō ſignat
diuerſos hitꝰ virtutū.ſꝫ diuerſos actꝰ. ¶ Ad
ſecūdū dicēdū ꝙ ſič oīa bñficia proximo ex
hibita īquātuꝫ ꝯſiderātur ſub cōi rōne boni
reducūtur ad amorē.ita oīa nocumēta :iꝗ̄
tū ꝯſiderātur ſm cōem rōnē mali ŕducūtur
ad odiū.put aūt ꝯſiderātur ſm aliqs ſpāles
rōnes uel bōi uel mali ŕducūť ad aliqꝭ ſpeci
ales virtutes uel uitia.⁊ ſm ħ etiā ſūt diuer
ſe bñficioꝝ ſpēs.Vñ pꝫ rñſio ad tertium.

DEinde conſi
ďrādū ē de elemoſyna.Et
circa ħ queriť decē.p vtrū
elemoſyne largitio ſit ac-
tus caritatꝭ.2º de di ictio
ne elemoſynaꝝ.3º q̄ ſūt potioꝛes elȳe vtruꝫ
ſpūales uel corporales.4º vtꝝ corpaleſ elȳe
hēant effectū ſpūalē. 5º vtrū dare elemoſy
nas ſit ī pcepto. 6º vtꝝ corpaľ elȳa ſit dāda
ď neceſſario.7º utꝝ ſit dāda ď īiuſte acqui
ſito.8º q̄ꝝ ſit dare elȳam.9º quibꝰ ſit dāda
xº de mō dādi elȳas.

Ad primū ſic proce

ditur. Videtur ꝙ dare elꝫyam nō ſit actus ca
ritatis. Actus.n. caritatis nō pōt eē ſine ca-
ritate. ſꝫ largitio elꝫyarū pōt eē ſine caritate:
ſm illō.i.ad Corī.13°. Si diſtribuero ī cibos
pauperꝝ oēs facultates meas. caritatē aūt nō
habuero:nihil mihi ꝓdeſt. ḡ dare elꝫyaꝫ nō
eſt actꝰ caritatī. ¶ P. Elemoſyna ꝯputatꝰ in
ter opa ſatiſfactōis: ſꝫ illō Daniel.4°. Peccā
tua elemoſynis redime. ſꝫ ſatiſfactio ē actus
iuſticie. ḡ dare elꝫyam nō ē actus caritatiſ ſꝫ
iuſticie. ¶ P. Offerre hoſtiā dō ē actꝰ latrie
ſꝫ dare elemoſynā ē offerre hoſtiā dō ſcōm
illō ad Heb vlt. Bñficiētie ⁊ cōīonis noli
te obliuiſci. talibꝰ.n. hoſtys ꝓmeretꝰ deꝰ. ḡ nō
ē actꝰ caritatis dare elꝫyaꝫ. ſꝫ magis latrie. P.
Phs dīc ī 4° ethicoꝝ. ꝙ datꝰ aliqd ꝓpt̄ bo
nū ē actꝰ libalitatī. ſꝫ h̄ maxīe fit largitione
elꝫyaꝝ. ḡ dare elꝫyam nō ē actꝰ caritatī. ¶ Sꝫ
ꝯ̄ ē qd dr̄.i.Joh.3°. Qui habuerit ſubam hu
ius mūdi ⁊ viderit frēm ſuū neceſſitatē pati
entē ⁊ clauſerit uiſcera ſua ab eo: quō cari
tas dei manet ī illo. ¶ Rꝰ dicēdū ꝙ extrio
res actꝰ ad illā v̄tutē referūtꝰ ad quā ꝑtiet id
qd ē motiuū ad agēdū huiuſmōi actꝰ. moti
uū aūt ad dādū elꝫyas ē ut ſubueniatꝰ neceſ
ſitatē patiēti. vñ qdā diffiniētes elꝫyam dicūt
ꝙ elꝫya ē opꝰ q̄ datꝰ aliqd īdigēti ex compaſ
ſione ꝓpt̄ deū. qd quidē motiuū ꝑtinet ad
mīam: ut ſ̄ dictū ē. vnde māifeſtū ē ꝙ dare
elꝫyam ꝓp̄e eſt actꝰ mīe. ⁊ h̄ apparet ex ipſo
nōīe. nā ī greco elꝫya a mīa deriuatꝰ. ſicut in
latino mīſatio. ⁊ quia mīa eſt effectꝰ carita
tis: ut ſ̄ oñſū eſt. ex conſequēti dare elꝫyam
ē actꝰ caritatis mīa mediāte. ¶ Ad primuꝫ
ḡ dicēdū qd aliqd dr̄ eē actꝰ v̄tutī dupliciṫ.
Vnoꝰ mālīṫ ſicut actꝰ iuſticie ē facē iuſta. ⁊
talis actus v̄tutis pōt eē ſine v̄tute. multi.n.
nō hñtes hītū iuſticie iuſta opantꝰ ex nāli ra
tione vꝉ ex timore ſiue ex ſpe aliqd adipiſcē
di. Alioꝰ dr̄ eſſe aliqd actus v̄tutis formalīṫ.
ſicut actꝰ iuſticie ē actio iuſta eo mō q̄ iuſte
facit.ſ. ꝓmpte ⁊ delectabilīṫ. ⁊ hoc mō actꝰ
v̄tutis nō ē ſine v̄tute. ſm h̄ ḡ dare elꝫyas ma
terialīṫ pōt eſſe ſine caritate. formalīṫ āt ele
moſynas dare.i. ꝓpt̄ deū delectabilīṫ ⁊ ꝓm
pte ⁊ oī eo mō quo dēt: nō eſt ſine caritate
¶ Ad ſecūdū dicēdū ꝙ nihil ꝓhibet actū q
ē ꝓprie vnius v̄tutis electiue attribui alteri
v̄tuti ſicut ordināti ⁊ īpanti ad ſuū finem. et
hoc mō dare elꝫyam pōītꝰ intꝰ opa ſatiſfacto
ria ī q̄ꝫtū miſeratō ī dfectū patiētiſ ordiatur
ad ſatiſfaciēdū pro culpa. ſcdꝫ aūt ꝙ ordiatꝰ
ad placādū deū: hꝫ rōnē ſacrificy. ⁊ ſic īpatꝰ
a latria. vñ pꝫ rñſio ad tertiū. ¶ Ad q̄rtū dō
ꝙ dare elꝫyam pertinet ad liberalitatē inq̄ꝫ
tū liberalitas aufert impedimētū huiuſmōi
actuſ. qd eē poſſet ex ſuperfluo amore diui
tiaꝝ ꝓpt̄ quē efficitꝰ aliqſ nimis retētiuꝰ eaꝝ.

Ad ſecunduꝫ ſic pro

ceditꝰ. Videtꝰ ꝙ īcōueniēt̄ elꝫyarū gnā diſti
guantꝰ. Ponūtur.n. ſeptē elꝫye corporales.ſ.
paſcē eſuriētē: potare ſitiētē: veſtire nuduꝫ
recolligē hoſpitē: viſitare īfirmū: redimē ca
ptiuū. ⁊ ſepelire mortuū. q̄ ī hoc verſu ꝯtinē
tur. Viſito poto cibo redimo tego colligo
cōdo. Ponūtꝰ etiā alie ſeptē elꝫye ſpūales.ſ.
docere ignorātē: cōſulē dubitāti: conſolare
triſtē: corrigere peccātē: remittere offēdēti.
portare onerosos ⁊ g̃ues. ⁊ pro oībus orare
q̄ etiā ī h̄ verſu ꝯtinentꝰ. Cōſule caſtiga ſola
re remitte fer ora. ita tñ ꝙ ſub eodē ītelligatꝰ
ꝯſiliū ⁊ doctrina. Videtꝰ aūt ꝙ īcōueniēter
huiuſmōi elꝫye diſtiguātur. elemoſyna.n. or
diatur ad ſbueniēdū proxīo. ſꝫ ꝑ hoc ꝙ pro
ximus ſepelitꝰ ī nullo ei ſubuenitꝰ. aliogn nō
eēt verū qd dñs dic Math.10. Nolite timē
eos q occidūt corpuſ ⁊ pꝰ h̄ nō hñt āpliꝰ qd fa
ciāt. vñ ⁊ dñs Math.25°. ꝯmēorās mīe opa
d̄ ſepultura mortuoꝝ mentionē non facit. ḡ
vr̄ ꝙ īcōueniēter huiuſmōi elꝫye diſtiguan
tur. ¶ P. Elꝫya datur ad ſubuēiēdū nccita
tibus ꝓximi ſicut dictū ē. ſꝫ multe alie ſunt
nccitates hūane vite q̄ꝫ ꝑdicte: ſicꝰ ꝙ cecus ī
diget ductore claudꝰ ſuſtētatiōe: paup̄ diui
tys. ḡ īcōueniēt ꝑdicte elꝫye enūerantꝰ. P.
Dare elꝫyam ē actꝰ mīe. ſꝫ corrigere dliquen
tē magis videtur ad ſecuritateꝫ ꝑtinē q̄ꝫ ad
mīam. ḡ nō dꝫ cōputari inter ſpūales elꝫyas
¶ P. Elemoſyna ordiatꝰ ad ſbueniēdū defec
tui. ſꝫ nullꝰ ē hō q defectū īḡrātie nō patiatꝰ
ī aliqbꝰ. ḡ videtꝰ ꝙ qlibet debeat docē quēli
bet ſi īḡret id qd īpe ſcit. ¶ Sꝫ ꝯ̄ ē qd Gregꝰ
dīc in q̄dā omel. Habēs ītellectū curet oio
ne taceat. hñs reꝝ affluentiā: vigilet ne a mi
ſericordie largitate torpeſcat. hñſ artē q̄ r̄git̄
magnope ſtudeat ut vſū atq̄ꝫ vtilitatē illius
cū ꝓxīo ꝑcuret. hñs loquēdi locū apud diui
tē dānationē ꝓ retēto talēto timeat. ſi tñ va
let apud euꝫ ꝓ paupibꝰ intꝰcedat. ḡ predicte

elẏe cõueniẽt diſtiguũť ſm ea i qbus hoieſ
abũdant ⁊ deficiũt. ¶ Rͦ dicẽdũ ꝙ pdicta
elẏaꝝ diſtictio cõueniẽt ſumiť ſm diuerſoſ
defectꝰ ꝓximoꝝ quoꝝ qdã ſũt ex pte aie ad
q̊s ordinãtur ſpũales elẏe: qdã vͦ ex parte
corpis ad q̊s ordinãť elẏe corpales. defectꝰ
n. corpalis aut ẽ ĩ vita: aut ẽ pꝰ vitã: ſiqdẽ ẽ ĩ
vita: aut ẽ cõis defectꝰ reſpectu eoꝝ qbꝰ oẽſ
indigẽt aut ẽ ſpãlis ꝓpter aliqͦd accidẽs ſup
ueniẽs. ſi pͦ mõ aut defectus ẽ iterior aut ex
terior. iterior qdẽ ẽ duplex. vnꝰ quidẽ cui
ſubueniť p alimẽtũ ſiccũ. ſ. fames. ⁊ ſm hͦ po
niť paſcere eſuriẽtẽ. aliꝰ aũt ẽ cui ſubueniť
p alimẽtũ humidũ. ſ. ſitis. ⁊ ſm hͦ dť potare
ſitiẽtẽ. defectꝰ autẽ cõis reſpectu extioris
auxilij ẽ duplex. vnꝰ reſpectu tegumẽti. ⁊ q̄ꝫ
tũ ad hͦ põiť veſtire nudũ. aliꝰ autẽ reſpectu
hitacli. ⁊ q̄ꝫtũ ad hͦ põiť ſuſcipe hoſpitẽ. ſili
ter aũt ſi ſit defectꝰ aliqs ſpãlis. aut ẽ ex cã
itriſeca ſic ĩfirmitas: ⁊ q̄ꝫtũ ad hͦ poniť viſi
tare ĩfirmũ: aut ẽ ex cã extriſeca: ⁊ q̄ꝫtũ ad hͦ
poniť redẽptio captiuoꝝ. pꝰ vitã aũt exhibe
tur mortuis ſepultura. Siliť aũt ſpũalibꝰ de
fectibꝰ ſpũalibꝰ actibꝰ ſubueniť dupliciter.
vnoͦ poſcendo auxiliũ a deo. ⁊ q̄ꝫtũ ad hͦ po
niť orͦo qua qs ꝓ alijs orat. alioͦ ĩpẽdendo
hũanũ auxiliũ: ⁊ hͦ tripliť. vnoͦ ꝯ defectum ĩ
tellectus ⁊ ſi qdẽ ſit defectus ſpeculatiui in
tellectus adhibeť ei remediũ p doctrinã: ſi
aũt practici ĩtellectus adhibeť ei remediũ p
cõſiliũ. alioͦ ẽ defectꝰ ex paſſiõe appetitiue
v̊tutiſ: iter q̊s ẽ maximꝰ triſticia: cui ſubueni
tur p cõſolationẽ. 3ͦ mõ ex pte ĩordiati actꝰ
q qdẽ tripliť cõſiderari põt: vnõ mõ ex pte
ipius peccãtis ĩquãtũ ꝓcedit ab eiꝰ ĩordiata
volũtate. ⁊ ſic adhibeť remediũ p correctio
nẽ: alio mõ ex pte eius in quẽ peccať: ⁊ ſi q
dẽ ſit peccatũ ĩ nos: remediũ adhibemuſ re
mittẽdo offẽſã. ſi aũt ſit ĩ deũ uel ĩ ꝓximum
nõ ẽ noſtri arbitrij remittere: ut Jeroꝰ dicit
ſup Math. 3ͦ mõ ex pte ſeq̄le ipius actus ĩ
ordiati ex q̄ grauãť ei cõuiuẽtes etiã preť
peccãtiſ ĩtẽtionẽ: ⁊ ſic remediũ adhibeť ſup
portãdo. maxĩe ĩ his q ex ĩfirmitate peccãt:
ſm illud Ro. 15ͦ. Debemꝰ nos firmiores ĩfir
mitates alioꝝ portare. ⁊ ñ ſolũ ſm ꝙ ĩfirmi
ſũt ſiue graues ex inordiatis actibꝰ: ſꝫ etiã q̄
cũq; eoꝝ onera ſũt ſupportãda: ſm illͦd Gal.
6ͦ. Alť alterius onera portate. ¶ Ad pͦmum
q̊ dicẽdũ ꝙ ſepultura mortui nõ confert ei
q̄ꝫtũ ad ſenſũ quẽ corpꝰ poſt mortẽ habeat. ⁊

ſm hͦ dñs dic. ꝙ inẽficiẽtes corpꝰ ñ hñt ãpli
us qd faciãt. ⁊ ꝓpť hͦ dñs ñ cõmẽorat ſepul
turã inť alia mĩe opa: ſꝫ enumerat ſolũ illa q̄
ſũt euidẽt ioris nccitatis. ꝑtinet tñ ad defũc
tũ qd de eius corpe agať. tũ quãtũ ad hͦ q vi
uit ĩ mẽorijs hoiuꝫ: cuiꝰ honor dehoneſtať
ſi ĩſepultꝰ remaneat. tũ etiã q̄ꝫtũ ad affectũ
quẽ adhuc viuẽs habebat de ſuo corpe: cui
pioꝝ effectus cõformari dẽt poſt mortẽ ipiꝰ
⁊ ſm hͦ cõmẽdãť aliqui dͦ mortuoꝝ ſepultu
ra: vt Thobias ⁊ illi q dñm ſepelierũť: vt pꝫ
p Augꝰ. ĩ liͦ de cura ꝓ mortuis agẽda. ¶ Ad
ſedũdũ dicendũ ꝙ oẽs alie neceſſitates ad
has reducũť. nã cecitas ⁊ claudicatio ſũt in
firmitates q̄dã vñ dirigẽ cecũ ⁊ ſuſtentare
claudũ reducũť ad viſitationẽ ĩfirmoꝝ ſiliť
etiã ſubuenire hoi ꝯ quãcũq; cõpreſſionem
illatã extriſecus reduciť ad redemptionem
captiuoꝝ: diuitie aũt qbuſ pauptati ſubueni
tur nõ querũť niſi ad ſubueniẽdũ pdictis dͦ
fectibus. ⁊ iͦ nõ fuit ſpãlis mẽtio de hͦ defe
ctu faciẽda. ¶ Ad tertiũ dicẽdũ ꝙ correctio
peccãtiũ q̄ꝫtũ ad ipaꝫ executionẽ actus ſeue
ritatẽ iuſticie cõtinere vř. ſꝫ q̄ꝫtũ ad ĩtẽtionẽ
corrigẽtis q vult hoiem a malo culpe libare
ꝑtinet ad miãm ⁊ dilectiõis affectũ: ſm illͦd
ꝓv. 27ͦ. Meliora ſũt verbera diligẽtĩ q̄ꝫ frau
dulẽta oſcula odiẽtis. ¶ Ad q̄rtũ dicendũ
ꝙ nõ q̄libet neſciẽtia ꝑtinꝫ ad hois defectũ
ſꝫ ſolũ ea q̄ qs neſcit ea q̄ cõuenit eũ ſcire. cui
defectui p doctrinã ſubuẽire ad elẏam ꝑti
net. ĩ quo tñ obſeruãde ſũt debite circũſtan
tie perſone ⁊ loci ⁊ tpis. ſicut ⁊ in alijs acti
bus virtuoſis.

Ad tertiuꝫ ſic proce

ditur. Videť ꝙ elemoſyne corpales ſint po
tiores q̄ꝫ ſpũales. Laudabilius. n. ẽ magis ĩ
digẽti elẏam facere: ex hͦ. n. elẏa laudẽ hꝫ ꝙ
ĩdigẽti ſubuenit. ſꝫ corpus cui ſubueniť per
elẏas corpales ẽ ĩdigẽtioriſ nať e q̄ꝫ ſpũſ cui
ſubueniť p elẏas ſpũales. q̊ elẏe corpales ſť
potiores. ¶ P. Recõpenſatio hñficij laudẽ
⁊ meritũ minuit. vñ ⁊ dñs dic Lucꝰ. 14ͦ. Cũ
facis prandiũ aut cenã: noli vocare vicinos
diuites ne forte ⁊ ipſi te reinuitent. ſꝫ in ele
moſynis ſpũalibus ſemp ẽ recõpẽſatio: qa
qui orat ꝓ alio: ſibi ꝓficit: ſm illud pſ. Oro
mea in ſinu meo cõuerteť. q etiã aliũ docet
ĩpe ĩ ſcia ꝓficit: qͦd nõ cõtingit ĩ elemoſynis
corpalibꝰ. q̊ elẏe corpales ſunt potiores q̄ꝫ

ſpūales. ¶ P̄. Ad laudē elye ptinet ꝙ paup
ex elya data cōſolaꝛ. vñ Job. 31°. dr̄. Si ñ bñ
dixerūt mihi laťa ei⁹. ⁊ ad Philemonē dic
apl's. Viſcera ſcōꝝ regeuerūt p te frͤ. ſꝫ qñqꝫ
magl ē grata paupi elya corpalis q̄ꝫ ſpūaliſ
ğ elya corpalis potioꝛ ē q̄ꝫ ſpūalis. Sꝫ ꝯ ē
qđ Aug⁹. i li° de ſmōe dñi i mōte: ſup illud
Qui petit a te da ei: dic. Dādū ē qđ nec tibi
nec alťi noceat: ⁊ cū negaueris qđ petit idi
cāda ē iuſticia: vt non eū inanē dimittas: ⁊
aliqñ melius aliqd dabis: ⁊ cū iiuſte petētē
correxeris: correctio aūt ē elya ſpūalis. ğ ſpi
rituales elye ſūt corpalib⁹ p̄ferēde. ¶ R̄° di
cēdū ꝙ cōpatio iſtaꝝ elyaꝝ pōt attendi du
plicif. Vno° ſimpl'r loquēdo. ⁊ ſm h̄ elye
ſpirituales p̄eminēt triplici rōne. p̄ qdē qa
id qđ exhibeť nobili⁹ ē. ſ. donū ſpūale qđ p̄e
minet corpali: ſcđm illđ pv̄. 4°. Donū bonū
tribuā vob: legē meā ne dereliq̄tis. 2° rōne
eius cui ſubueniť: q̄a ſpūs nobilior ē corpe.
vnde ſicut hō ſibi ipi magis debet puidere
q̄ꝫtū ad ſpm̄ q̄ꝫ quātū ad corp⁹. ita ⁊ primo
quē debet ſicut ſeipm diligē. 3° quātū ad ip
ſos actus qb⁹ ſubueniť ꝑrio: qa ſpūales ac
tus ſūt nobiliores corpalib⁹: q ſunt q̄dāmō
ſeruiles. Alio° pñt cōpari ſm aliquē ꝑticu
larē caſū i q̊ quedā corpalis elya alicui ſpi
rituali p̄ferť. puta magl ē paſcēdū fame mo
rientē q̄ꝫ docēdum: ſicut ⁊ idigēti ſm phm
melius ē ditari q̄ꝫ phari: q̄ꝫuis h̄ ſit ſimpl'r
melius. ¶ Ad p̄mū ğ dicēdū ꝙ dare magis
idigēti melius ē cețis parib⁹. ſꝫ ſi minus idi
gēs ſit melioꝛ ⁊ melioribus idigeat. dare ei
meli⁹ ē: ⁊ ſic ē i ꝓpoſito. ¶ Ad ſecūdū dicē
dū ꝙ recōpēſatio nō minuit meritū ⁊ lau
dē elye ſi nō ſit intēta: ſicut ⁊ hūana gloria
ſi nō ſit itēta nō minuit rōnē v̄tutis: ſicut ⁊
de Catone ſaluſtius dicit ꝙ q̊ magis gloriaꝫ
fugiebat eo magis eū gloria ſeq̄bať: ⁊ ita cō
tigit i elemoſynis ſpūalib⁹: ⁊ tñ itētio bono
rū ſpūaliū nō minuit meritū: ſicut intentio
bonoꝝ corpaliū. ¶ Ad tertiū dicendum ꝙ
meritū dantis elyam attēdiť ſm id in quo
debet rōnabiliť regeſcere volūtas accipiētiſ
nō i eo i q̊ regeſcit ſi ſit inordinata.

Ad quartū ſic proce

diť. Videť ꝙ elye corpales nō habeāt effec
tū ſpūalē. Effectus. n. ñ ē potioꝛ ſua cauſa.
ſꝫ bona ſpūalia ſūt potiora corpalib⁹. non ğ
elye corpales hñt ſpūales effectus. ¶ P̄. Da
re corpale p ſpūali vitiū ē ſymonie. ſꝫ h̄ viti
um ē oio vitādū. nō ğ ſūt dāde elye ad cōſe
quēdū ſpūales effect⁹. ¶ P̄. multiplicata cā
multiplicať effect⁹: ſi ğ elya corpalis căret
ſpūalē effectū: ſeq̄reť ꝙ maioꝛ elya magis
ſpūaliť ꝓficeret. qđ ē ꝯ illud qđ legiť Luc.
21°. de vidua mittēte duo era minuta i gaço
phylatiū q̄ ſm ſniam dñi plus oib⁹ miſit. ñ
ğ elya corpalis hꝫ ſpūalē effectū. ¶ Sꝫ ꝯ ē
qđ dr̄ Eccl. 29°. Elya viri grām hoīs q̄ſi pu
pillā ꝯſeruabit. R̄° dicēdū ꝙ elya corpaliſ
tripliciť pōt cōſiderari. Vno° ſm ſuā ſubſtā
tiā ⁊ ſm h̄ ñ hꝫ niſi corpalē effectū. in q̄ꝫtū. ſ.
ſupplet corpales defect⁹ ꝓrioꝝ. Alio modo
pōt cōſiderari ex ꝑte cāe ei⁹: i quātū. ſ. aliqs
elyaꝫ corpalē dat ꝓpť dilectionē dei ⁊ ꝓxi
mi: ⁊ q̄ꝫtū ad h̄ affert fructū ſpūalē ſm illud
Eccl. 29°. Perde pecuniā ꝓpter frēm. pone
theſauꝝ i p̄ceptis altiſſimi ⁊ ꝓderit tibi ma
gis q̄ꝫ aurū. 3° mō ex ꝑte effect⁹ ⁊ ſic hꝫ ſpūa
lē fructū i q̄ꝫtū. ſ. ꝓrim⁹ cui p corpalē elyaꝫ
ſubueniť: moueť ad orādū ꝓ bñfactore. vñ
⁊ ibidē ſubdiť: cōclude elyaꝫ i ſinu paupis
⁊ h̄ ꝓ te exorabit ab oī malo. ¶ Ad p̄mū ğ
dicēdū ꝙ rō illa ꝓcedit de corpali elya ſm
ſuā ſbam. ¶ Ad ſecundū dicēdū ꝙ ille qui
dat elyam ñ intendit emē aliqđ ſpūale per
corpale: qa ſcit ſpūalia i infinitū corpalibus
p̄eminē: ſꝫ itēdit p caritatis effectū ſpūalem
fructū ꝓmereri. ¶ Ad ťtiū dicēdū ꝙ vidua
q̄ minus dedit ſm q̄ꝫtitatē: plus dedit ſcđm
ſuā ꝓportionē: ex quo pēſať i ipa maioꝛ ca
ritatis affectus: ex q̄ corpalis elya ſpūalem
efficaciam habet.

Ad quintum ſic pro

cediť. Videť ꝙ dare elyam ñ ſit i precepto.
Cōſilia. n. a p̄ceptis diſtiguūť. ſꝫ dare elyaꝫ
ē cōſiliū: ſm illud Danieľ. 4°. Cōſiliū meuꝫ
regi placeat. pctā tua elemoſynis redime. ğ
dare elyaꝫ ñ ē i p̄cepto. P̄. Cuilibꝫ licet ſua
re vti ⁊ eā retinē. ſꝫ retinēdo rē ſuā aliq̄s ele
moſynā nō dabit. ğ licitū ē elyam nō dare.
nō ğ dare elyam ē i p̄cepto. P̄. oē quod ca
dit ſub p̄cepto aliq̄ tpe obligat trāſgreſſoreſ
ad pctm mortale: qa precepta affirmatiua
obligāt p tpe deťminato. ğ ſi dare elyaꝫ ca
deret ſub p̄cepto: eēt deťmiare aliqđ tēpus i
q̊ hō peccaret mortaliť niſi elyam daret. ſed
hoc nō videť: qa ſemp ꝓbabiliť eſtiari pōt
ꝙ paupi aliť ſubueniri poſſit. ⁊ ꝙ id qđ ē in

elemoſynaſ erogādū poſſet ei eē neceſſariū
vel ī pñti vel ī futuro. ğ videt̃ ꝙ elſyam da
re nō ſit in p̄cepto. ¶ P̄. Quia p̄cepta ad p̄re
cepta decalogi reducūt̃. ſʒ int̃ illa p̄cepta ni
hil cōtinet̃ de datione elſyarū. ğ dare elemo
ſynas nō eſt in p̄cepto. ¶ P̄ꝫ. Nullus pu
nit̃ pena etña ꝓ omiſſione alicui⁹ qð nō ca
dit ſub p̄cepto. ſʒ aliq̄ puniūt̃ pena etña pro
omiſſiōe elſyarū: vt pꝫ Math. 25°. ğ dare ele
moſynā ē p̄cepto. ¶ R⁹ dicendū ꝙ cū di
lectio ꝓximi ſit ī p̄cepto. neceſſe ē oīa illa ca
dere ſub p̄cepto ſine qbus dilectio ꝓximi ñ
cōſeruat̃. ad dilectionē aūt ꝓximi ptinet vt
ꝓximo ñ ſolū velim⁹ bonū: ſʒ etiā opemur
ſm illud. i. Joh. 3°. Nō diligam⁹ v̄bo neqꝫ li
gua: ſʒ ope ⁊ veritate. ad h̄ aūt ꝙ velimus et
opemur bonū alicui⁹ reqrit̃ ꝙ ei⁹ neceſſita
ti ſubueniam⁹ qð fit p elſyaꝝ largitionē. ⁊ iō
elſyarū largitio ē ī p̄cepto. ſʒ qa p̄cepta dant̃
de actib⁹ virtutū: neceſſe ē ꝙ h̄ mō donum
elſye cadat ſub p̄cepto ſm ꝙ act⁹ ē de neceſſi
tate virtutis. ſ. ſm ꝙ recta rō reqrit. ſm quā
ē aliqd ꝯſiderādū ex pte dātis. ⁊ aliquid ex
pte eius cui ē elſya danda. ex pte quidē dā
tis cōſiderādū ē vt idē qð ē ī elſyas erogādū
ſit ei ſuperfluū: ſm illud Luc. xi°. Qð ſupeſt
date elſyam. ⁊ dico ſupfluū: ñ ſolū reſpectu
ſui ipſius qð ē ſ̄ id qð ē neceſſarium indiui
duo. ſʒ etiā reſpectu alioꝝ quorū cura ſibi in
cūbit: qꝛ p̄us oportet ꝙ vnuſqſqꝫ ſibi ꝓuide
at: ⁊ his quoꝝ cura ei incūbit: ⁊ poſtea de
reſiduo alioꝝ neceſſitatib⁹ ſubueniat̃ reſpe
ctu quoꝝ dr̃ neceſſariū pſone: ſm ꝙ pſona
dignitatē īportat. ſic̃ ⁊ nā p̄ accipit cibū ad
ſuſtētationē ꝓpꝛij corpis qð ē neceſſariū mi
niſterio virtutis nutritiue. ſuperfluūʒ autē
erogat ad gnātionē altius p v̄tutē gnātiuā.
ex pte aūt recipiētis reqrit̃ ꝙ ncecitatē hēat
aliogn ñ eēt rō q̄re elſya ei daret̃. ſʒ cū ñ poſ
ſit ab aliq̄ vno oīb⁹ ncecitatē hñtib⁹ ſubueni
ri: ñ oīs ncecitas obligat ad p̄ceptū: ſʒ illa ſo
la ſine q̄ is q neceſſitatē patit̃ ſuſtētari non
pōt. in illo. n. caſu locū hꝫ qð Amb⁹ dic̃. Pa
ſce fame morietē: ſi nō paueris occidiſti. ſic
ğ dare elſyam de ſupfluo ē in p̄cepto: ⁊ dare
elſyam ei, q ē in extrema neceſſitate. alias āt
elſyas dare ē ī cōſilio. ſicut ⁊ de q̄libet melio
ri bono dant̃ ꝯſilia. ¶ Ad p̄mū ğ dicenduʒ
ꝙ Daniel loq̄bat̃ regi q nō erat legi dei ſub
iect⁹. ⁊ iō ea etiā q̄ pertinēt ad p̄ceptū legis
quā ñ ꝓfitebat̃ erāt ei ꝓponēda p modum
cōſilij. Uel pōt dici ꝙ loq̄bat̃ in caſu illo ī q̄
dare elſyam nō ē ī p̄cepto. ¶ Ad ſecūduʒ di
cēdū ꝙ bona tpalia que hoī diuinit⁹ ꝯferūt̃
ei⁹ qdē ſūt q̄ʒtū ad ꝓpꝛietatē ſʒ q̄ʒtū ad vſum
ñ ſolū debēt eē ei⁹: ſʒ etiā alioꝝ q ex eis ſuſtē
tari pñt ex eo ꝙ ei ſupfluūt. vnde Baſilius
dicit. Si fateris ea tibi diuinitꝰ ꝓueniſſe. ſ.
tpalia bona. an iniuſt⁹ ē de⁹ ineq̄lit̃ res nob̄ di
ſtribuēs: cur tu abūdas: ille v̄o mēdicat: niſi
ut tu bone cōpēſatiōis merita cōſeq̄ris: ille
v̄o patiētie brauijs decoret̃. Eſt panis fame
lici quē tu tenes: nudi tunica quā ī cōclaui
cōſeruas: diſcalciati calce⁹ q penes te marce
ſcit: indigētis argētū qð poſſides inhūatū
q̄ circa tot iniuriaris quot dare valēs. ⁊ h̄ idē
dic̃ Amb⁹ ī decre. diſ. 47. ¶ Ad tertiū dicē
dū ꝙ ē aliqð tpus dare in q̄ mortalit̃ peccat
ſi elſyam dare omittat. ex pte qdē recipiētis
cū apparet euidēs ⁊ vrgēſ neceſſitas: nec ap
paret ī ꝓmptu q ei ſubueniat. ex pte v̄o dātꝭ
cū hꝫ ſupflua q̄ ſm ſtatū pñtem nō ſunt ſibi
neceſſaria: prout ꝓbabilit̃ eſtimari pōt. nec
oportet ꝙ ꝯſideret oēs caſus q pñt cōtingē ī
futurū. h̄. n. eēt d̄ craſtino cogitare. qð dñs
ꝓhibet Math. 6°. ſʒ dēt diiudicari ſupfluū
⁊ neceſſariū: ſm ea q̄ ꝓbabilit̃ ⁊ vt ī plurib⁹
occurrūt. ¶ Ad quartū dicēdū ꝙ oīs ſubuē
tio ꝓximi reducit̃ ad p̄ceptū de honoratiōe
parentū. ſic. n. ⁊ aplſ iterptat̃. i. ad Thimotꝭ
4° dicens. Pietas ad oīa vtilis eſt ꝓmiſſio
nē hñs vite q̄ nūc ē ⁊ future. qð dicit: qa ī p̄
cepto de honoratione parētū additur ꝓmiſ
ſio vt ſis longeuus ſup terrā. ſub pietate aūt
cōp̄hēdit̃ oīs elemoſynarū largitio.

Ad ſextum ſic proce

ditur: Videt̃ ꝙ aliqs nō debeat elſyam dare
de neceſſario. Ordo. n. caritatis ñ minus at
tēdit̃ penes effectū bñficij: q̄ʒ penes iteriorē
affectū. peccat aūt q p̄poſtere agit in ordine
caritatis: qa ordo caritatis ē ī p̄cepto. cū ğ
ex ordie caritatis plus dēat aliqs ſe q̄ʒ ꝓxi
mū diligē. videt̃ ꝙ peccet ſi ſubtrahat ſibi ne
ceſſaria vt alt̃i largiat̃. ¶ P̄. Quicūqꝫ largit̃
de his q̄ ſūt ncc̃ia ſibi ē ꝓpe ſube diſſipator:
qð ptinet ad ꝓdigū: vt pꝫ p ph̄m ī 4° ethico
rū. ſʒ nullū op⁹ vitioſū ē faciēdū. ergo nō eſt
danda elſya de neceſſario. ¶ P̄. aplus dic̃. i.
ad Thimotꝭ. 5°. Si qſ ſuoꝝ ⁊ maxie domeſti
coꝝ curā nō hꝫ: fidē negauit ⁊ ē īfideli dete
rior. ſʒ ꝙ aliqs dēt de hiſ q̄ ſūt ſibi neceſſaria

ul' ſuis. Videt derogãe cure quã qs debꝫ ha
bere de ſe ⁊ de ſuis. g̃ videt ꝙ qcũqꝫ de ne
ceſſarijs elẏaꝫ dat ꝙ gũit peccet. ¶ Sꝫ ꝯ eſt
qḋ dñs dic̃ Math. 19. Si vis pfectꝰ eẽ vade
⁊ vẽde oĩa q̃ habes ⁊ da paupibꝰ. ſꝫ ille q dat
oĩa q̃ habet paupibꝰ. nõ ſolũ dat ſupflua ſꝫ e
tiã nccĩa g̃ de neceſſarijs põt homo elẏaꝫ da
re. Rº dḋ ꝙ neceſſariũ dupliciter dr̃. Unoº
ſine quo aliqd eſſe nõ põt. ⁊ de tali neceſſaĩo
oĩo elẏa dari nõ debꝫ. puta ſi aliqs ĩ articulo
neceſſitatꝭ cõſtitutꝰ hr̃et ſolum vnde poſſet
ſuſtẽtari ⁊ filij ſui uel alij ad eũ ptinẽtes. de
h. n. neceſſario elẏam dare ẽ ſibi ⁊ ſuis vitã
ſubtrahẽ: ſꝫ h dico niſi forte talis caſus ĩmi
neret vbi ſbtrahẽdo ſibi daret alicui magne
pſone p quã eccleſia uel reſpublica ſuſtenta
ret. qa ꝑ talis pſone libatiõe ſeipſuꝫ ⁊ ſuos
laudabilit piculo mortis exponet: cũ bonũ
cõe ſit ꝑpo pferẽdũ. Alio mõ dr̃ aliquid ne
ceſſariũ ſine q̃ nõ põt ꝯueniẽt vita trãſigi ſꝫ
cõditiõeꝫ ⁊ ſtatũ ꝑprie pſone ⁊ aliarum pſo
narũ q̃rũ cura ei incũbit. huiuſmodi nece ſ
ſarij tñ minꝰ nõ eſt in ĩdiuiſibili ꝯſtitutus. ſed
multis additis nõ põt diiudicari eẽ vltra ta
le neceſſariũ. ⁊ multꝭ ſubtractꝭ adhuc rema
net vnde poſſit cõueniẽt aliqs trãſigere ſm
ꝑpriũ ſtatũ. de huiuſmõi g̃ elẏam dare ẽ bo
nũ ⁊ nõ cadit ſub pcepto ſꝫ ſub cõſilio. ĩordi
natũ eẽt aũt ſi aliqs tãtũ ſibi de bonis ꝑprijs
ſubtrahẽt ut alijs largiret. ꝙ de reſiduo non
poſſet vitã trãſigere cõueniẽt ſm ꝑpriũ ſta
tũ ⁊ negocia occurrẽtia. nullꝰ. n. incõueniẽt
viuẽ debet. Sꝫ adhuc tria ſũt excipiẽda. q̃rũ
pmũ ẽ qñ aliqs ſtatũ mutat. puta p religio
nis ingreſſũ. tũc. n. oĩa ſua ꝑpt xpm largiẽs
opꝰ pfectiõis facit ſe in alio ſtatu ponẽdo. 2º
qñ ea q̃ ſibi ſubtrahit ⁊ ſi ſint neceſſaria ad
cõueniẽtia vite. tñ de facili reſartiri poſſunt
ut nõ ſequat maximũ incõueniẽs. 3º qñ oc
cureret extrema neceſſitas alicuꝰ pũate pſo
ne uel etiã aliq̃ magna neceſſitas reipublice
in his. n. caſibꝰ laudabilit ptermitteret aliqs
id qḋ ad decẽtiã ſui ſtatꝰ ptinẽ videt ut ma
iori neceſſitati ſubueniret. Et p hoc patꝫ de
facili reſponſio ad obiecta.

Ad ſeptimuꝫ ſic pro

cedit. Videt ꝙ poſſit elẏa fieri d illicite ac
qſitis. Dr̃. n. Luc. 16. Facite vobis amicos
de mãmona ĩiqtatꝭ. mãmõa. n. ſignificat di
uitias. g̃ de diuitijs iniq̃ acqſitis põt ſibi ali
quis ſpũales amicos facere elẏas largiẽdo.
¶ P. Dẽ turpe lucrũ videt eẽ illicite acqſitũ
ſꝫ turpe lucꝝ ẽ qḋ de meretricio acqrit vnde
⁊ de huiuſmõi ſacrificiũ ul' oblatio dḋ offer
ri nõ debet: ſm illud Deutº 23. Non offeres
mercedẽ ꝓſtibuli ĩ domo dei tui. ſilit etiam
turpit acqrit qḋ acqrit p aleas: qa ut phs di
cit in 4º ethicoꝝ. tales ab amicis lucrãt qbus
oportꝫ dare. turpiſſime etiã acqrit aliqd per
ſymoniã p quã aliqs ſpiritui ſcõ ĩiuriã facit
⁊ tñ de huiuſmõi elẏa fieri põt. g̃ de male ac
qſitis põt aliqs elemoſynã facẽ. P. Maio
ra mala ſũt magis vitãda q̃ꝫ minora. ſꝫ minꝰ
pctm̃ ẽ detẽtio rei aliene q̃ꝫ homicidiũ qḋ a
liqs icurrit: niſi aliqs ĩ vltĩa neceſſitate ſub
ueniat: ut patꝫ p Ambº dicẽtẽ. Paſce fame
moriẽtẽ: qm̃ ſi nõ paueris occidiſti. g̃ aliqs
põt elẏam facere in aliq̃ caſu de male acqſi
tis. ¶ Sꝫ ꝯ ẽ qḋ Augº dic̃ in liº de vbis dñi.
De iuſtis laboribꝰ facite elẏas. nõ. n. corrup
turi eſtis iudicẽ xpm ut nõ vos audiat cum
paupibꝰ qbꝰ tollitis. nolite velle elẏas facere
de fenore ⁊ vſuris. fidelibꝰ dico qbꝰ corpꝰ xpi
erogamꝰ. ¶ Rº dicẽdũ ꝙ triplicit põt aliqd
eẽ illicite acqſitũ. Uno. n. mõ id qḋ illicite
ab aliq̃ acqrit debet ei a q̃ ẽ acqſitũ. nec põt
ab eo retieri q acqſiuit. ſicut ꝯtigit ĩ rapina.
⁊ furto ⁊ vſuris. ⁊ de talibꝰ cũ hõ teneat ad
reſtitutionẽ elẏa fieri nõ põt. Alio vo mõ ẽ
aliqd illicite acqſitũ: qa qdeꝫ ille q acqſiuit
retinẽ nõ põt. nec tñ debet ei a quo acquiſi
uit: qa. ſ. ꝯ iuſticiã accepit. ⁊ alt ꝯ iuſticiam
dedit. ſicut cõtingit ĩ ſymonia ĩ qua dans ⁊
accipiẽs ꝯ iuſticiã legis diue agit. vnde ñ de
bet fieri reſtitutio ei q dedit. ſꝫ dẽt in elẏas
erogari. ⁊ eadẽ rõ ẽ ĩ ſimilibus ĩ qbꝰ. ſ. datio
⁊ acceptio ẽ ꝯ legẽ. 3º mõ ẽ aliqd illicite acq
ſitũ: nõ quidẽ quia ipa acqſitio ſit illicita. ſꝫ
quia id ex q̃ acqrit eſt illicitũ. ſicut pꝫ de eo
qḋ mulier acquirit p meretriciũ. ⁊ h ꝑpe vo
catur turpe lucꝝ. ꝙ. n. mulier meretriciũ ex
erceat tpit agit ⁊ ꝯ legẽ dei. ſꝫ ĩ eo ꝙ accipit
nõ ĩiuſte agit nec ꝯ legẽ. vnde qḋ ſic illicite
acqſitũ ẽ retineri põt ⁊ de eo elemoſyna fi
eri. Ad pmũ g̃ dicẽdũ ꝙ ſic Augº dicit ĩ liº
de vbis dñi. illud vbũ dñi quidã male intelli
gendo rapiũt res alienas. ⁊ aliquid ĩde pau
peribus largiũt. ⁊ putãt ſe facere qḋ pceptũ
ẽ. intellectus iſte corrigẽdus ẽ. ſꝫ oẽs diuitie
ĩiquitatis dicũt vt dic̃ ĩ libro de q̃ſtionibus
euãgelij. qa nõ ſũt diuitie iniq̃ niſi ĩ iniquis

q̄ ĩ eis ſpē cõſtituũt. vel ſm Amb⁹. ĩiquũ mã
mona dixit. qꝛ varijs diuitiarũ illecebrĩ nr̃oſ
tēptãt affectus: vel qa ĩ plurib⁹ p̄decеſſorib⁹
qbus p̄rimonio ſuccedit aliqs repit̃ qui ĩiu
ſte vſurpauit aliena: q̄uis tu neſcias vt Ba
ſilius dic̃: vel oēs diuitie dicũt̃ ĩiquitatis. i.
ĩeq̄litatis: qa nõ eq̄lit̃ ſũt oĩbus diſtribute:
vno egēte ⁊ alio ſupabũdante. ¶ Ad ſecun
dum dicēdũ ꝙ de acq̄ſito p meretricium iã
dictũ ē q̄lit̃ el'ya fieri põt nõ aũt fit de eo ſa
crificiũ vel oblatio ad altare. tũ ꝓpt̃ ſcanda
lũ. tũ ꝓpter ſanctorũ reuerētiã. de eo etiam
qõ ē p ſymoniã acq̄ſitũ põt fieri el'ya qa nõ
ē debitũ ei q dedit: ſ3 meret̃ illud amittere.
circa illa v̇o q̄ p aleaſ acq̄rũt̃ videt̃ eē aliq̄d
illicitũ ex diuĩo iure. ſ. ꝙ aliqs lucret̃ ab his
q rē ſuã alienare nõ pñt: ſicut ſunt minores
⁊ furioſi ⁊ huiuſmõi. ⁊ ꝙ aliqs trahat aliu3
ex cupiditate lucrãdi ad ludũ ⁊ ꝙ fraudulē
ter ab eo lucret̃. et ĩ his caſib⁹ tenet̃ ad reſti
tutionē. et ſic de eo ñ põt el'yam facē. aliq̄d
aũt videt̃ vlterius eē illicitũ ex iure poſitiuo
ciuili qõ ꝓhibet vniuerſalit̃ tale lucrum. ſ3
qa ius ciuile nõ obligat oēs: ſ3 eos ſoloſ qui
ſũt his legib⁹ ſubiecti: ⁊ iteꝝ p diſſuetudinē
abrogari põt. iõ apud illos q ſũt huiuſmodi
legib⁹ obſtricti. tenēt̃ vniuerſalit̃ ad reſtitu
tionē qui lucrãt̃: niſi forte ꝯ̄ria conſuetudo
p̄ualeat: aut niſi aliqs lucratus ſit ab eo qui
traxit eũ ad ludũ. ĩ quo caſu non tenet̃ reſti
tuere: qa ille q amiſit nõ ē dignus recipere.
nec põt licite retinē tali iure poſitiuo durã
te. vnde dēt de h̃ el'yam facē ĩ h̃ caſu. ¶ Ad
tertiũ dicēdũ ꝙ ĩ caſu extreme neceſſitatis
oĩa ſũt cõia. vñ licet ei qui talē neceſſitate3
patit̃ accipe de alieno ad ſui ſuſtentationē.
ſi ñ ĩueniat q ſibi dare velit. et eadē rõne l3
hr̃e aliq̄d de alieno. et põt de h̃ el'yam dare:
q̄nimo et accipe ſi alit̃ ſubueniri nõ poſſit
neceſſitatē patiēti. ſi tñ fieri põt ſine p̄iculo
debet requiſita dñi volũtate paupi ꝓuidere
extremã neceſſitatē patienti.

Ad octauum ſic pro

cedit̃. Videt̃ ꝙ ille qui eſt in ptãte alterius
ꝯſtitut⁹ poſſit el'ya3 facere. Religioſi. n. ſũt
ĩ ptãte ſuoꝝ p̄latoꝝ qb⁹ obediētiã vouerunt
ſ3 ſi eis nõ liceret el'ya3 facere dãnũ reporta
rēt ex ſtatu religiõis: qꝛ ſic̃ Amb⁹ dic̃ ſũma
xp̄iane religiõis ĩ pietate cõſiſtit que maxi
me p el'yaꝝ largitionē ꝯmendat̃. g⁹ illi qui
ſũt in ptãte alt̃ius cõſtituti pñt el'ya3 facere.
P. ¶ Uxor ē ſub ptãte viri: ut dr̃ Gen. 3°. ſ3
uxor põt el'ya3 facere cũ aſſumat̃ ĩ uiri ſoci
etatē. Vñ et de beata Lucia dr̃ ꝙ ignorãte
ſponſo el'yas faciebat. g̊ p h̃ ꝙ aliquis ē ĩ
ptãte alt̃ius cõſtitut⁹ nõ impedit̃ q̄n poſſit
el'yas facere. ¶ P. Naturalis q̄dã ſubiectõ
eſt filioꝝ ad parētes. vnde apl's ad eph. 6°. di
cit. Filij obedite parētibus vr̃is in dño. ſed
filij ut uidet̃ pñt de reb⁹ p̄ris el'yas facere: qꝛ
ſũt q̄dãmodo ĩpoꝝ cũ ſint heredes. et iõ cu3
poſſint eis vti ad uſũ corp̄is: multo magĩ vi
detur ꝙ poſſint eis vti el'yas dãdo ad r̃me
diũ aĩe ſue. g̊ illi qui ſũt ĩ ptãte ꝯſtituti pñt
el'yas dare. ¶ P. Serui ſũt ſub ptãte dñoꝝ
ſm illud ad Titũ. 2°. Seruos dñis ſuis ſub
ditos eē. lic3 aũt eis aliquid in utilitatē dñi
facere. qõ maxĩe fit ſi ꝓ eis el'yas largiat̃. g̊
illi q ſũt ĩ ptãte ꝯſtituti pñt el'yas facere.
S3 ꝯ̄ ē ꝙ el'ye ñ ſũt faciēde d̄ alieno. ſ3 d̄ iu
ſtis laborib⁹ ꝓprijs vnuſq̄ſq3 el'yam facere
d3 ut Aug⁹ dic̃ in li° de v̇bis dñi. ſ3 ſi ſubiecti
alijs el'ya3 facerēt h̃ eēt de alieno. g̊ illi qui
ſũt ſub ptãte ꝯſtituti alioꝝ: nõ pñt el'yam fa
cere. ¶ R° dicēdũ ꝙ ille q ē ſub ptãte alt̃iuſ
ꝯſtitutus inquãtũ huiuſmõi: ſm ſuperioris
ptãtē reg̃lari d3. Dic. n. ē ordo nãlis ut infe
riora ſ3 ſup̄iora regulēt̃. et iõ oportet ꝙ ea ĩ
qb⁹ ĩferior ſup̄iori ſubijcit̃ diſpēſet ñ aliter
q̄3 ei ſit a ſup̄iori ꝯmiſſũ. ſic g̊ illi qui eſt ſub
ptãte cõſtitutus de re ſ3 quã ſup̄iori ſubijci
tur el'yam facere nõ debet. niſi q̄ten⁹ ei a ſu
periori fuerit ꝯmiſſũ. ſi qs v̇o hẽat aliq̄d ſ3
qõ p̄tãti ſup̄iorĩ nõ ſubſit. iã ſm h̃ nõ ē ptã
ti ſubiectus q̄tũ ad hoc ꝓprij iuris exñs. et
de hoc põt el'yam facere. ¶ Ad p̄mũ g̊ dicē
dũ ꝙ monach⁹ ſi h3 diſpēſatõe3 a p̄lato cõ
miſſa3 põt el'yas fecere de reb⁹ monaſterij
ſ3 ꝙ ſibi ē ꝯmiſſũ. ſi v̇o nõ h3 diſpēſatõe3 qꝛ
nihil ꝓpriũ h3. tũc ñ põt facē el'yam ſine licē
tia abbatis uel expreſſe habita uel ꝓbabilit̃
p̄ſũpta. niſi forte ĩ articulo extreme neceſſi
tatis. in q̊ licitũ eēt ei furari ut el'ya3 daret.
nec ꝓpter hoc efficit̃ peioris ꝯditõis: qꝛ ſic̃
dr̃ in li° de eccle. dogmatib⁹. bonũ ē faculta
tes cũ diſpēſatõe paup̄ib⁹ erogare. ſ3 meli⁹
ē ꝓ intētõe ſequēdi dñm inſimul donare et
abſolutũ ſollicitudine egere cu3 xp̄o. ¶ Ad
ſcõm dicēdũ ꝙ ſi vxor h3 alias res p̄ter do
te3 que ordinatur ad ſuſtētãdũ onera matri
monij: uł ex proprio lucro uł quocũq3 alio

licito mō pōt daꝛ elemoſynā et irreq̄ſito aſ
ſenſu viri. moderatas tn̄ ne ex earuꝫ ſupfluí
tate vir depauperēꝛ. alias aūt nō dēt dare ele
moſynas ſine cōſenſu viri vel expſſo vel pſū
pto niſi ī articulo neceſſitat̄. ſicut de mona
cho dictū ē. Quis. n. mulier ſit eq̄lis viro in
actu mr̄imōij: tn̄ ī his q̄ ad diſpenſationem
dom⁹ ptinēt vir caput ē mulieris: ſm aplm
i. ad Corī. xi°. Beata aūt Lucia ſpōſū hēbat
nō virū. vnde de cōſenſu mr̄is poťat elꝫyam
facē. ¶ Ad tertiū dicēdū φ ea q̄ ſunt filijfa
milias ſunt ⁊ pr̄is: ⁊ iō nō pōt elꝫyam facere
niſi forte aliquā modicā de qua pōt pſume
re φ pr̄i placeat. niſi forte alicui⁹ rei eēt ſibi
a pr̄e diſpēſatio cōmiſſa. ⁊ idē dicendū ē de
ſeruis. Unde pꝫ ſolutio ad quartum.

Ad nonum ſic proce

diꝛ. Uideꝛ φ nō ſit magis ꝓpinquiorib⁹ ele
moſyna faciēda. Dr̄. n. Eccl. 12°. Da miſicor
di. ⁊ ne ſuſcipias pctōrē. bn̄fac humili. et nō
deſ ipio. ſꝫ q̄nq̄ꝫ ꝯtigit φ nr̄i ꝓping ſūt pec
catores et ipij. ḡ nō ſūt eis magꝭ elꝫye facien
de. ¶ P. Elꝫye ſūt faciēde ꝓpꝛ retributionem
mercedis eťne: ſm illud Math. 6°. Et pr̄ tu
us q videt ī abſcōdito reddꝫ tibi. ſꝫ retributō
eťna maxie acqriꝛ ex elemoſynis q̄ ſanctis
erogāꝛ ſꝫ illō Luc. 16°. Facite vob amicoſ
ō mamona īiq̄tatis ut cū defeceritis recipi
ant voſ ī eťna tabnacula. q̄ð exponēs Aug⁹
ī li°. ō v̄bis dn̄i diċ: Qui ſūt q hēbūt eťna hi
tacula niſi ſcī dei. et q ſūt q ab eis recipiēdi
ſūt ī tabnacula niſi q eoꝝ indigentie ſuiūt
ḡ magꝭ ſūt elꝫye dāde ſanctiorib⁹ q̄ꝫ ꝓping
orib⁹. ¶ P. Maxie hō ē ſibi ꝓpiqu⁹. ſꝫ ſibi
ñ pōt hō elꝫyam facere. ḡ uideꝛ φ nō ſit ma
gis faciēda elꝫya pſone magis ꝯiūcte. ¶ Sꝫ
ꝯ ē q̄ð apl's diċ. i. ad Thimot. 5°. Si qs ſuo
rū et maxie domeſticoꝝ curā nō hꝫ: fidē ne
gauit et ē infideli deterior. ¶ Rͦ dō φ ſicut
Aug⁹ diċ in p̄ de doc. xpiana: illi q ſūt nob
magis ꝯiūcti quaſi q̄dā ſorte nobis obueni
unt ut eis magis ꝓuidere debeam⁹. Eſt tn̄
circa h̄ diſcretōis rō adhibēda ſm dr̄iaꝫ cō
iūctōis et ſanctitatis et vtilitatis. nā multo
ſanctiori magꝭ īdigētiā patiēti et magꝭ vtili
ad cōe bonū ē magis elꝫya dāda q̄ꝫ pſōe ꝓ
pinquori. maxie ſi nō ſit multū ꝯiūcta cuius
cura ſpālis nobis īmineat. et ſi magnā nccī
tatē nō patiaꝛ. ¶ Ad p̄mū ḡ dicēdū φ pctō
ri nō eſt ſubueniēdū inquātū ē pctōr: i. ut ꝑ
h̄ ī pctō foueaꝛ. ſꝫ inq̄ntū hō eſt. i. ut natura
ſuſtēteꝛ. ¶ Ad ſecūdū dicēdū φ opus elꝫye
ad mercedē retributōis eťne dupliciꝛ valet
Uno q̄dē mō ex radice charitatis. ⁊ ſꝫ h̄ ele
moſyna ē meritoria ꝓut ī ea ſuaꝛ ordo cha
ritatis ſm quā ꝓpīqorib⁹ magꝭ ꝓuidē debe
m⁹ cet̄is parib⁹. vn̄ Amb° diċ ī p̄ ō offi. Eſt il
la ꝓbāda liberalitas ut ꝓxios ſanguinis tui
ñ deſpicias ſi egē cog̈ſcas: meli⁹ ē. n. ut ipſe
ſubuenias tuis quib⁹ pudor ē ab alijs ſūptū
depoſcere. Alio mō ualet elꝫya ad retributio
nē vite eťne ex merito ei⁹ cui donaꝛ q orat
ꝓ eo q elꝫyam dedit. ⁊ ſm h̄ loqꝛ ibi Aug⁹.
¶ Ad tertiū dō φ cū elꝫya ſit op⁹ mīe. ſicut
mīa nō ē ꝓprie ad ſeipm̄. ſꝫ ꝑ quandā ſiītu
dinē ut. ſ. dictū ē. ita ēt ꝓprie loquēdo nul
lus ſibi elꝫyam facit. niſi forte ex pſona alte-
rius. puta cū aliq̄s diſtributor poniꝛ elꝫyarū
pōt ⁊ ipe ſibi accipe ſi indigeat eo tenore q̄ ⁊
alijs miniſtrat.

Ad decimū ſic proce

diꝛ. Uideꝛ φ elꝫya nō ſit abūdanꝛ facienda.
Elꝫya. n. maxie dꝫ fieri cōiūctiorib⁹. ſed illis
nō dꝫ ſic dari ut ditiores inde fieri velint ſic
Amb° dicit ī p̄ de offi. ḡ nec alijs debet abū
dāter dari. ¶ P. Amb° diċ ibidē. Nō debēt
ſimul effūdi opes ſed diſpēſari. ſꝫ abūdātia
elꝫyarū ad effuſionē ptinet. ḡ elꝫya nō debet
fieri abūdāꝛ. ¶ P. 2. ad Cor. 8°. diċ apl's. Nō
ut alijs ſit remiſſio. i. ut alij ō nr̄is ocioſe vi
uant. nob aūt ſit tribulatio. i. pauptas. ſed h̄
ꝯtingeret ſi elꝫya dareꝛ abūdanꝛ. ḡ nō ē abū
danꝛ elꝫya largiēda. ¶ Sꝫ ꝯ ē q̄ð dr̄ Thob
4°. Si multū tibi fuerit abūdāꝛ tribue ¶ Rͦ
dō φ abūdantia elꝫye pōt ꝯſiderari ⁊ ex pte
dantis ⁊ ex pte recipiētis. Ex pte quidē dan
tis cū. ſ. aliquis dat q̄ð ē multū ſm ꝓportio
nē ꝓprie facultatis. ⁊ ſic laudabile ē abūdāꝛ
dare. vn̄ ⁊ dn̄s Luc. 21°. laudauit viduam q̄
ex eo φ deerat illi. oēm victū quem habuit
miſit. obſuatis tn̄ his q̄. ſ. dicta ſūt ō elꝫya fa
ciēda de neceſſarijs. Ex pte vō ei⁹ cui daꝛ ē
abūdās elꝫya dupꝛr. Uno° φ ſuppleat ſuffi
ciēter eius indigētiā. ⁊ ſic laudabile ē abun
dāter elꝫyam tribuere. Alio° ut ſupabundet
ad ſupfluitatē. et h̄ nō ē laudabile. ſꝫ meliuſ
eſt pl'ibus indigētib⁹ elargiri. vn̄ et apl's diċ
i. ad Cor. 13°. Si diſtribuero ī cibos paupeꝝ
vbi glo. dicit. ꝑ hoc cautela elꝫye docetur ut
non vni ſꝫ multis deꝛ: ut in pluribus proſit

¶ Ad primū ḡ dicēdū φ rō illa ꝓcedit de
abūdātia ſupercedēte neceſſitatē r̄cipiētis
elꝯaꝫ. ¶ Ad ſcḋm dicēdū φ auctoritas illa
loqͭ de abūdātia elꝯe ex pte dantis. ſꝫ intel
ligēdum ē φ deꝰ nō vult ſimul effundi oēs
opes niſi in mutatōe ſtatꝰ. vñ ſubdit ibideꝫ
niſi forte vt Heliſeꝰ boues ſuos occidit ꝛ pa
uit paupes ex eo φ habuit vt nulla cura do
meſtica teneretur. ¶ Ad tertium dicenduꝫ
φ auctoritas inducta q̄ꝫtū ad h̄ φ dic̄: nō vt
alijs ſit remiſſio vel refrigeriū loqͭ d̄ abun
dantia elꝯe q̄ ſupercedit neceſſitatē r̄cipiē
tis: cui ñ ē dāda elꝯa vt inde luxurieͭ: ſed vt
inde ſuſtēteͭ. circa qḋ tñ ē diſcretio adhibē
da ꝓpter diuerſas ꝯditōes hōiꝫ. q̄rū qdam
delectatiōibus nutriti īdigēt magis delica
tis cibis aut veſtibꝰ. vñ Ambᵒ dicit in liᵒ de
offi. Cōſiderāda ē ī largiendo etas atqꝫ de
bilitas: nōnūq̄ꝫ etiā verecūdia q̄ ingenuos
ꝓdit natales. aut ſi qs ex diuitijs ī egeſtatē
cecidit ſine vitio ſuo. q̄ꝫtū v̄o ad id qḋ ſubdi
tur: nob̄ aūt tribulatio. loqͭ de abūdātia ex
pte dantiſ. ſꝫ ſicut glo. ibidē dic̄. non h̄ ideo
dic̄. qui meliꝰ eēt. ſ. abūdāter dare. ſꝫ ō infir
mis timet quos ſic dare monet vt egeſtateꝫ
non patiantur.

Deinde ꝯſide

randū ē de correctione fraͭ
na. Et circa h̄ queruntur
octo. p̄ vtꝝ fraterna correc
tio ſit actꝰ caritatis. 2ᵒ vtꝝ
ſit ſub p̄cepto. 3ᵒ vtꝝ hoc p̄ceptū extēdat ſe
ad oēs uel ſolū ī p̄latis. 4ᵒ vtꝝ ſubditi tene
anͭ ex h̄ p̄cepto p̄latos corrigere. 5ᵒ vtrum
peccator poſſit corrigere. 6ᵒ vtꝝ aliqs d̄be
at corrigi qui ex correctione ſit deterior 7ᵒ
vtꝝ ſecreta correctio debeat p̄cedē d̄nūciati
onē. 8ᵒ vtrū teſtiū inductio debeat p̄cedē
denunciationem.

Ad primuꝫ ſic proce

ditur. Videͭ φ fraͭna correctio nō ſit actꝰ
caritatis. Dic̄. n. glo. Math. 18ᵒ ſup illḋ: Si
peccauerit in te fraͭ tuꝰ. φ fraͭ ē arguēdꝰ ex
zelo iuſticie. ſꝫ iuſticia ē v̄tꝰ diſticta a carita
te. ḡ correctio fraͭna nō ē actus caritatꝭ ſed
iuſticie. ¶ P̄. Correctio fraͭna ſit p ſecretaꝫ
āmonitiōeꝫ. ſꝫ āmonitio ē ꝯſiliū q̄ddā qḋ p
tinꝫ ad prudētiā. prudētis. n. ē eē bene conſi
liatiuū: ut dͭ ī 6ᵒ ethicoꝝ. ḡ fraͭna correctio
nō ē actꝰ caritatis ſꝫ prudētie. ¶ P̄. Cōtra
rij actus nō ptinēt ad eādē v̄tutē. ſꝫ ſuppor
tare peccātē ē actꝰ charitatis ſm̄ illud Gal.
6. Alter alteriꝰ onera portate. ꝛ ſic adiplebi
tis legē xp̄i q̄ ē lex charitatis. ḡ videͭ φ cor
rigere frēm peccātē qḋ ē ꝯ̄riū ſupportatiōi
ñ ſit actus charitatis. ¶ Sꝫ ꝯ̄. Corripe delin
quētē ē q̄dā elꝯa ſpūalis. ſed elꝯa ē actꝰ cha
ritatis vt ſ̄ dictū ē. ḡ ꝛ correctio fraterna eſt
actꝰ charitatis. ¶ Rᵒ dō φ correctio delin
quētis ē quoddā remediū qḋ dͭ adhiberi ꝯ̄
pctm̄ alicuiꝰ. Pctm̄ aūt alicuiꝰ dupl'r ꝯſide
rari pōt. Uno qdē mō inq̄ꝫtū eſt nociuū ei q
peccat. Alio mō inq̄ꝫtū vergit ī nocumētuꝫ
alioꝝ q ex eiꝰ pctō ledūͭ uel ſcādalizāͭ ꝛ ēt
inq̄ꝫtū eſt nocumētū boni cōis cuiꝰ iuſticia
p pctm̄ hōis pturbaͭ. Duplex ḡ ē correctio
delinquētis. Una qdē q̄ adhibet remedium
pctō inq̄ꝫtū ē quoddā malū ipſius peccātis
ꝛ iſta ē ꝓprie fraterna correctio q̄ ordiaͭ ad
emēdatōeꝫ deliquētis. remouē aūt malum
alicuiꝰ eiuſdē rōnis ē: ſicut bonū eiꝰ ꝓcura
re. ꝓcurare aūt fr̄is bonū ptinet ad charita
tē p quā volumꝰ ꝛ opamur bonū amico. vñ
ēt correctio fraͭna ē actꝰ charitatis: qꝛ p eā
repellimꝰ malū fr̄is. ſ. pctm̄ cuiꝰ r̄motio ma
gis ptinet ad charitatē q̄ꝫ ēt remotio exteri
oris dāni l' ēt corpalis nocumēti. quāto ꝯ̄ri
um bonū v̄tutis magis ē affine charitati q̄ꝫ
bonū corpis l' extioꝝ reꝝ. vñ correctio frater
na ē actꝰ charitatis potiꝰ q̄ꝫ curatio īfirmita
tis corpalis uł ſubuentio q̄ excludiͭ extior
egeſtas. Alia v̄o correctio ē q̄ adhibet reme
diū pcti deliquētis ſm̄ φ ē in malū alioꝝ et
p̄cipue in nocumētū cōiſ boni. ꝛ talis corre
ctio ē actꝰ iuſticie. cuius ē ꝯſeruare rcitudi
nē iuſticie vniꝰ ad alteꝝ. ¶ Ad p̄mū ḡ dicē
dū φ glo. illa loqͭ de ſecunda correctione q̄
ē actus iuſticie. uł ſi loquaͭ etiā de p̄ma tūc
iuſticia ibi ſumitur ſm̄ φ ē v̄lis virtus: vt. ī
diceͭ ꝓut etiā oē pctm̄ ē iniquitas vt dͭ. i.
Joh. 3ᵒ quaſi ꝯ̄ iuſticiā exn̄s. ¶ Ad ſecūduꝫ
dicēdū φ ſicut phus dicit in 6ᵒ ethicoꝝ: pru
dētia facit rectitudinē ī his q̄ ſūt ad finē. de
qbus ē cōſiliū ꝛ electio. tñ cuꝫ p prudētiam
aliquid recte agimꝰ ad finem alicuius v̄tutꝭ
moralis. puta tpantie uel fortitudinis. actuſ
ille eſt principaliter illius virtutis ad cuiꝰ fi
nē ordinaͭ: qꝛ ergo āmonitio q̄ ſit in correc
tōe fraͭna ordinaͭ ad āmouēduꝫ fr̄is pctm̄
qḋ ptinet ad charitatē. manifeſtū ē φ talis

ãmonitio principalit̃ ē act⁹ caritatis quaſi
impantis prudẽtie v̾o ſecũdario q̃ſi exequẽ
tis ⁊ dirigẽtis actũ. ¶ Ad tertiũ dicẽdũ ꝙ
correctio fraťna nõ opponiť ſupportatõi in
firmoꝝ. ſed magiſ ex ea ↄ̃ſeqȷ̃ť. in tantũ. n. ali
quis ſupportat peccãtẽ ĩquãtũ ↄ̃ eũ nõ tur
bať ſed beniuolẽtiã ad eũ ſeruat ⁊ ex h̾ ↄ̃ri
git ꝙ eũ ſatagit emẽdare.

Ad ſecunduꝫ ſic pro

cediť. Videť ꝙ correctio fraterna nõ ſit in
p̃cepto. Nihil. n. ꝙ ē ĩpoſſibile cadit ſub p̃
cepto: ſm̃ illud Jero. Maledict⁹ q̇ dic̃ deũ
aliq̇d ĩpoſſibile p̃cepiſſe. ſꝫ eccleſiaſtes 7°.
dr̃. Cõſidera opa dei ꝙ nemo poſſit corrigẽ
quẽ ille deſpexerit. g̊ correctio fraťna ñ ē in
p̃cepto. ¶ P̃. Oĩa p̃cepta legis diue ad p̃cep
ta decalogi reducũť. ſꝫ correctio frñа nõ ca
dit ſub aliq̊ p̃ceptoꝝ decalogi. g̊ ñ cadit ſub
p̃cepto. ¶ P̃. Omiſſio p̃cepti diui eſt pctm̃
mortale qḋ ĩ ſcis viris nõ ĩueniť. ſꝫ omiſſio
frñе correctõis inueniť in ſcis ⁊ ĩ ſpũalibus
viris. Dic̃. n. Aug⁹. ĩ p̊ de ciui. dei ꝙ nõ ſoluꝫ
inferiores. verũ etiã hi q̇ ſupiorẽ vite g̊dum
tenẽt: ab alioꝝ reprehẽſione ſe abſtinẽt ꝓpť
quãdã cupiditatis maculã non ꝓpť officia
caritatis. g̊ correctio frña nõ eſt ĩ precepto.
¶ P̃. Jllud qḋ ē in p̃cepto hꝫ rõnem debiti
ſi g̊ correctio fraterna caderet ſub p̃cepto: h̾
frĩb⁹ deberem⁹ vt eos peccãteſ corrigerem⁹
ſed ille q̇ dꝫ alicui debitũ corpale. puta pecu
niã. nõ dꝫ eē cõtent⁹ vt ei occurrat debitor.
ſꝫ dꝫ eũ q̃rere vt debitũ reddat. oporteret g̊
ꝙ hõ q̃reret correctõe indigẽteſ ad h̾ ꝙ eoſ
corrigeret. qḋ videť ĩcõueniẽs. tũ ꝓpť mul
titudinẽ peccãtiũ ad quoꝝ correctõem vn⁹
hõ nõ poſſit ſufficere. tũ etiã q̷ꝛ oporteret ꝙ
religioſi de clauſtris ſuis exirẽt ad corrigen
dos hoĩes. qḋ ē ĩcõueniẽs. ñ g̊ fraterna cor
rectio ē ĩ p̃cepto. ¶ Sꝫ ↄ̃ ē qḋ Aug⁹ dicit ĩ
li°. de v̾bis dñi. Si neglexeris corrigẽ peior
eo fact⁹ es q̇ peccauit. ſꝫ h̾ nõ eſſꝫ niſi ꝑ hu
iuſmõi negligẽtiã aliq̇s p̃ceptũ omitteret.
g̊ correctio fraťna ē ĩ p̃cepto. ¶ R̾° dicẽduꝫ
ꝙ correctio frña cadit ſub p̃cepto. ſꝫ cõſide
rãdũ ē ꝙ ſicut p̃cepta negatiua leg̾ ꝓhibẽt
actus pctõꝝ. ita p̃cepta affirmatiua ĩducũt
ad act⁹ v̾tutũ. act⁹ aũt pctõꝝ ſũt ſcd̃ꝫ ſe ma
li ⁊ nullo mõ bene fieri pñt. nec aliquo tp̃e
aut loco: q̷ꝛ ſm̃ ſe ſũt ↄ̃iũcti malo fini vt dr̃
in 2° ethicorũ. ⁊ ideo precepta negatiua ob

ligant ſp̃ ⁊ ad ſp̃ ſꝫ act⁹ v̾tutũ ñ q̇libꝫ modo fi
eri debẽt: ſꝫ obſ̾uatis debit̾ circũſtantijs q̄
req̇rũť ad h̾ ꝙ ſit act⁹ v̾tuoſus ut. ſ. fiat vbi
debet. ⁊ qñ debet. ⁊ ſm̃ ꝙ debet. Et quia
diſpoſitio eorũ q̄ ſũt ad finẽ attẽdiť ſm̃ rõ
nẽ finis: in iſtis circũſtãtijs v̾tuoſi act⁹ p̃ci
pue attẽdenda ē rõ finis que eſt bonũ v̾tut̾
ſi g̊ ſit aliq̊ talis omiſſio alicui⁹ circũſtãtie
circa virtuoſũ actũ que totalit̃ tollat bonũ
v̾tutis. hic actus ↄ̃riať p̃cepto. ſi aũt ſit defe
ctus alicui⁹ circũſtãtie q̄ non totalit̃ tollat
v̾tutẽ licet nõ ꝑfecte attingat ad bonũ virtu
tis: ñ ē ↄ̃ p̃ceptũ. vnde ⁊ ph̃s dic̃ ĩ 2° ethicoꝝ
ꝙ ſi parũ diſcedať a medio ñ ē ↄ̃tra virtutẽ.
ſed ſi multũ diſcedať corrũpiť virtus in ſuo
actu. Correctio aũt fraterna ordinať ad frĩs
emẽdationẽ. ⁊ iõ h̾ mõ cadit ſub precepto
ſm̃ ꝙ ē neceſſaria ad iſtũ finẽ. nõ aũt ita ꝙ
q̊libet loco vel tp̃e frať deliquẽs corrigatur.
¶ Ad primũ g̊ dicẽdũ ꝙ ĩ oĩbus bonis agẽ
dis opatio hoĩs ñ ē efficax. niſi adſit auxiliũ
diuinũ. ⁊ tñ hõ debet face̾ qḋ ĩ ſe ē. vnde Au
g⁹ dic̃ ĩ libro de correctione ⁊ grã. Neſcien
tes q̇s ꝑtineat ad p̃deſtinatoꝝ numerũ ⁊ q̇s
nõ ꝑtineat: ſic affici debem⁹ caritat̾ affectu
vt oẽs velimus ſaluos fieri. ⁊ iõ oĩbus debe
mus fraterne correctiõis officiũ ĩpedẽ ſub
ſpe diuini auxilij. ¶ Ad ſecũdũ dicẽdũ ꝙ ſi
cut ſ̄ dictũ eſt: oĩa p̃cepta que ꝑtinẽt ad im
pẽdẽdũ aliqḋ bñficiũ ꝓximo reducũť ad p̃
ceptũ de honoratiõe parentũ. ¶ Ad tertium
dicẽdũ ꝙ correctio fraterna triplicit̃ omitti
põt. Uno q̇dẽ mõ meritorie qñ ex caritate
aliq̇s correctionẽ omittit. Dic̃. n. Aug⁹ in p̊
de ciui. dei. Si ꝓpťea q̇ſq̧ obiurgãdiſ ⁊ cor
ripiẽdis male agẽtib⁹ parcit: q̷ꝛ opportunũ
tp̃us inq̇riť. vel eiſdẽ ĩpis metuit ne deterio
res ex h̾ efficiãť. vel ad bonã vitã ⁊ piã eru
diendos ĩpediãt alios ĩfirmos ⁊ p̃mant atq̧
auertãt a fide: nõ videť eſſe cupiditatis oc
caſio ſꝫ ↄ̃ſiliũ caritatis. Alio⁹ p̃termittiť frať
na correctio cũ pctõ mortali. qñ. ſ. formida
tur vt ibi dr̃ iudiciũ vulgi ⁊ carnis excrucia
tio vl̾ ꝑmeptio. dũ tñ h̾ ita dñenť ĩ aĩo ꝙ frať
ne caritati p̃ponãť. ⁊ h̾ videť cõtingẽ qñ ali
q̇s p̃ſumit de aliq̊ delinquẽte ꝓbabiliter ꝙ
poſſet eũ a pctõ retrahere. ⁊ tñ ꝓpť timoreꝫ
vel cupiditatẽ p̃termittit. 3° mõ huiuſmodi
omiſſio ē pctm̃ vẽiale. qñ timor ⁊ cupiditas
tardiorẽ faciũt hoĩem ad corrigẽdũ delicta
frĩs. nõ tñ ita ꝙ ſi ei cõſtaret ꝙ frẽm poſſit

a pctō retrahē ꝓpt̄ timorē uel cupiditatem
dimitteret qb⁹ in aīo ſuo ꝑponit caritatē fra
ternā ⁊ h̄ mō qn̄ꝫ viri ſcī negligūt corrigere
delinquētes. ¶ Ad q̄rtū dō ꝙ illud qd̄ d̄bet̄
alicui determinate et certe pſone ſiue ſit bo
num corpale ſiue ſpūale: oportet ꝙ ei īpēda
mus nō expectātes ꝙ nobis occurrat: ſꝫ de
bitā ſollicitudinē hn̄tes ut eū ingram⁹. vnd̄
ſicut ille q̄ debet pecuniā creditori debet eū
regrere cū ip̄s fuerit ut ei debitū reddat: ita
q̄ hꝫ ſpūalit̄ curā alicui⁹ debet eū q̄rere ad h̄
ꝙ eum corrigat de pctō. ſꝫ illa bn̄ficia q̄ non
debent̄ certe pſone ſꝫ coīter oībus ꝓximis
ſiue ſint corpalia ſiue ſpūalia nō oportet noſ
q̄rere qb⁹ īpēdam⁹: ſꝫ ſufficit ꝙ īpēdam⁹ eiſ
q̄ nobis occurrūt. h̄. n. q̄i ꝓ q̄dā ſorte hn̄duꝫ
eſt: ut Aug⁹ dic̄ in p̄ d̄ doc. xp̄iana. ⁊ ꝓpt̄ hoc
dic̄ ī li° de v̄bis dn̄i. ꝙ āmonet nos dn̄s nr̄
nō negligere īuicē pctā nr̄a: nō q̄rēdo quid
rep̄hendas: ſꝫ vidēdo qd̄ corrigas. aliogn̄ effi
ceremur exploratores vite alioꝝ: ꝯ id qd̄ dr̄
ꝓv̄. 24°. Ne q̄ras īpietatē in domo iuſti. ⁊ n̄
vaſtes regem ei⁹. vnde pꝫ ꝙ nec religioſos o
portet exire clauſtrū ad corrigendum delin-
quentes.

Ad tertiuꝫ ſic proce

dit̄. Videt̄ ꝙ correctio fraterna nō ꝑtineat
niſi ad p̄latos. Dic̄. n. Jero⁹. Sacerdotes ſtu-
deant illud euāgeliū īplere: Si peccauerit
in te frat̄ tu⁹ ⁊c̄. ſꝫ noīe ſacerdotū ꝯſueuerūt
ſignificari p̄lati q̄ hn̄t curā alioꝝ. ḡ videt̄ ꝙ
ad ſolos p̄latos ꝑtineat frat̄na correctio.
P. frat̄na correctio ē q̄dā el̄ya ſpūalis. ſꝫ cor
palē el̄yaꝫ facē ꝑtinet ad eos q̄ ſunt ſupioreſ
in t̄palibus. ſ. ad ditioreſ. ḡ et fr̄na correctio
ꝑtinet ad eos qui ſūt ſupiores in ſpūalibus
ſ. ad p̄latos. ¶ P. Jlle q̄ corripit alium mo
uet eū ſua āmonitione ad meli⁹. ſꝫ in rebus
nālibus īferiora mouēt̄ a ſupiorib⁹. ḡ etiam
ſm̄ ordinē v̄tutiſ q̄ ſeq̄t̄ ordinē nature ad ſo
los p̄latos ꝑtinet īferiores corrigē. ¶ Sꝫ ꝯ ē
qd̄ dr̄. 24. q. 3. Tā ſacerdotes q̄ꝫ reliq̄ fideles
oēs ſūmā debēt hr̄e curā d̄ his q̄ pereūt. q̄te
nus eoꝝ r̄dargutione aut corrigāt̄ a peccatl
aut ſi īcorrigibileſ appareāt: ab eccleſia ſepa
rent̄. ¶ R̄° dō ꝙ ſicut dictum eſt: duplex eſt
correctio. Una q̄dē q̄ ē act⁹ caritatis q̄ ſpā
liter tendit ad emēdationē fratris deliq̄ētl
ꝑ ſimplicem āmonitionē. et talis correctio
ꝑtinet ad quēlibet caritatem hn̄tem ſiue ſit
ſubditus ſiue p̄latus. Eſt aūt alia correctio
q̄ eſt act⁹ iuſticie: ꝑ quā intēdit̄ bonū cōe qd̄
nō ſolū ꝓcurat̄ ꝑ āmonitiōeꝫ fr̄is. ſꝫ etiam
intēdū ꝑ punitōeꝫ: ut alij a pctō timentes de
ſiſtant. ⁊ talis correctio ꝑtinet ad ſolos p̄la
tos q̄ nō ſolū hn̄t āmonere: ſꝫ etiā corrigere
puniendo. ¶ Ad p̄mū ḡ dicēdū ꝙ etiā ī cor
rectione frat̄na que ad oēs ꝑtinet ḡuior eſt
cura p̄latoꝝ: ut dic̄ Aug⁹ in p̄ de ciui. dei ſic̄
enī t̄palia bn̄ficia poti⁹ debet aliq̄s exhibere
ill̄ q̄rū curā t̄palē hꝫ: ita etiā bn̄ficia ſpūalia
puta correctionē: doctrinā. ⁊ alia huiuſmōi
magis debet exhibere illis q̄ ſunt ſue ſpūali
cure cōmiſſi. nō ḡ intendit Jero⁹ dicere ꝙ
ad ſolos ſacerdotes ꝑtīeat p̄ceptū d̄ correcti
one frat̄na: ſꝫ q̄a ad hos ſpālit̄ ꝑtinꝫ. ¶ Ad
ſecūdū dicēdū ꝙ ſicut ille q̄ habet vn̄ corpa
lit̄ ſubuenire poſſit: q̄ꝫtū ad h̄ diues ē. ita il
le q̄ hꝫ ſanū rōniſ iudiciū ex q̄ poſſit alt̄ius d̄
lictū corrigere q̄ꝫtū ad h̄ ē ſupior habendus
¶ Ad t̄tiū dō ꝙ etiā in rebus nālib⁹ q̄dam
mutuo in ſe agūt: q̄a q̄ꝫtū ad aliq̄d ſunt ſe in
uicē ſupiora ꝓut. ſ. vtrūq̄ꝫ ē quodāmodo in
potētia ⁊ q̄dāmō in actu reſpectu alteri⁹ et
ſilit̄ aliq̄s inq̄ꝫtū hꝫ ſanū rōnis iudiciū in h̄
in̄ q̄ alt̄ delinq̄t pōt eū corrigere: licet nō ſit
ſimpliciter ſuperior.

Ad quartum ſic pro

cedit̄. Videt̄ ꝙ aliq̄s nō teneat̄ corrigē p̄la
tum ſuū. Dr̄. n. Exo. 19°. Beſtia que tetigerit
montē lapidabit̄. et. 2°. Regl. 6°. dr̄ ꝙ Oꝫa ꝑ
cuſſus ē a dn̄o q̄a tetigit archaꝫ. ſꝫ ꝑ mōteꝫ
⁊ archā ſignificat̄ p̄latus. ḡ p̄lati nō ſūt cor
rigēdi a ſubditis. ¶ P. Gal. 2°. ſup illō Jn fa
ciem ei reſtiti. dic̄ glo. ut par. ḡ cū ſubditus
nō ſit par p̄lato: nō d̄bet eū corrigere. ¶ P.
Greg⁹ dic̄. Sanctoꝝ vitā corrigē nō p̄ſuat
niſi q̄ de ſe meliora ſentit. ſꝫ aliq̄s nō debet
de ſe meliora ſentire q̄ꝫ de p̄lato ſuo. ḡ p̄lati
nō ſūt corrigēdi. ¶ Sꝫ ꝯ ē qd̄ Aug⁹ dic̄ ī re-
gula. Nō ſolū vr̄i: ſed etiā ip̄i⁹. i. p̄lati miſe
remini q̄ int̄ vos quāto ī loco ſupiore tanto
in ꝑiculo maiore v̄ſat̄. ſed correctio fr̄na eſt
opus mīe. ḡ et p̄lati ſūt corrigendi. ¶ R̄° di
cēdū ꝙ correctio q̄ ē act⁹ iuſticie ꝑ coherti
